

quia notitia quam confessarius de licentia pœnitentis alteri communicat, est eadem cum illa, quam habet confessarius; atqui hic habet notitiam cum obligatione sigilli; ergo etiam consultus: cum enim sæpe opus sit pœnitenti ante confessionem cum confessario vel aliis de suo statu communicare, ut rectius confessionem instituere possit, ideò si illi non adstringerentur sigillo, adhuc confessio redderetur odiosa & molesta.

6. Denique etsi nonnulli Theologi existiment sigillum etiam afficere pœnitentem, si quæ ipsi commendavit confessarius sub secreto naturali, attamen istud secretum non est strictius secreto naturali ex communi Theologorum sententiâ: quia sigillum confessionis est institutum in favorem & securitatem pœnitentium, ne timore revelandi secreti arceantur à confessione, quæ ratio se non extendit ad ea, quæ confessarius committit pœnitenti.

DISPUTATIO XXXIX.

De Censuris.

CENSURA est pœna spiritualis ac medicinalis, quâ potestas Ecclesiastica delinquenti contumaci quorundam bonorum spiritualium usum aufert: nempe talium bonorum, quæ jurisdictioni Ecclesiasticæ subiecta sunt ut est usus tam activus quam passivus Sacramentorum, Ecclesiæ suffragia, satisfactiones pro pœnis ex thesauro Ecclesiæ ac fidelium sanctis operibus in alios impendendæ, jurisdictio spiritualis, beneficia Ecclesiastica &c. quibus in pœnam privat subindè Ecclesia, non vero internis gratiæ donis seu virtutibus infusis utpote jurisdictioni Ecclesiasticæ per se & directè minimè subiectis.

QUÆSTIO I.

Quot & quænam sint Censura?

DICO: Quærenti quid per censuram Ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris litteris apponimus, respondemus, quod per eam non tantum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valeat intelligi Innoc. III. in cap. quærenti 20. de V. S. lib. 5. tit. 40. sive sunt tres censuræ species nempe excommunicatio, suspensio & interdictum.

Probatum: tot sunt censuræ quod sunt pœnæ spirituales & medicinales homini baptizato contumaci inflictæ, donec resipiscat, atqui tres sunt spirituales & medicinales pœnæ homini baptizato contumaci inflictæ, donec resipiscat: quia tribus modis spiritualia bona fidelibus ob contumaciam subtrahi possunt vel per excommunicationem, quâ baptizatus à communione fidelium segregatur, quæ dividitur in *maiores* quâ omni communicatione ecclesiastica, & *minores* quâ solum passivâ participatione Sacramentorum baptizatus privatur; per *suspensionem*, quâ persona ecclesiastica vel à beneficii perceptione vel ab exercitio functionum ecclesiasticarum impeditur; per *interdictum*, quo participatio certorum Sacramentorum, divinorum officiorum & sepultura Ecclesiastica prohibetur.

Aliæ pœnæ spirituales ab his non sunt censuræ: quia ipsis non competit definitio censuræ; nam cessatio à divinis vel est quædam species interdicti, vel sub interdicto comprehensa, vel non est pœna fidelibus imposita, ut Sacramentorum & sacrificiorum usum evitent, sed est ipsamet omissio vel cessatio divinorum officiorum in signum mœroris Ecclesiæ ob injuriam sibi factam.

Depo-

Depositiō verò, degradatio & irregularitas non sunt pœnæ medicinales, quæ delinquente emendato auferendæ sint, sed sunt ex se perpetuæ; Præterea hæc pœnæ non absolutione, sicut censuræ, sed dispensatione tolluntur; ideoque licet in decretis pontificiis concedatur potestas absolvendi à censuris, nullus intellexit sub eâ potestate comprehendere depositionem & degradationem, imo nec irregularitatem; cum præmissa facultate absolvendi à censuris quandoque detur potestas dispensandi in irregularitate.

Dividitur censura accidentaliter in eam, quæ fertur à Jure, & in eam, quæ fertur ab homine, censura dicitur lata à Jure, quæ est annexa alicui Juri seu legi, vi cujus fertur adversus transgressorem talis legis seu præcepti. Censura lata ab homine est, quæ mediâ sententiâ ab homine prolatâ procedit, inter has censuras hoc est discrimen: quod censura à Jure nunquam ferri possit pro delictis præteritis, sed futuris duntaxat; cum è contrario censura ab homine possit ferri tam pro delictis præteritis per modum sententiæ adversus delinquentem, servatis tamen præviis monitionibus aliisque solemnitatibus per modum sententiæ latæ, quam pro delictis futuris per modum comminationis seu sententiæ comminatoriæ; dein censura à Jure lata habet ex se perpetuitatem etiam mortuo legislatore: quia Jus illud semper perseverat, donec abrogetur, censura verò ab homine lata, si necdum sit effectum consecuta, expirat per mortem sive naturalem sive civilem illius, qui eam comminatur; cum autoritas & jurisdictio hominis, à qua censura dependet, morte naturali vel civili cesset, licet autem omnis censura semel contracta ossibus semper inhaereat, nec tolli possit, nisi absolutione, quæ emendato & satisfactio-

ctionem exhibenti impendi debet ; censura tamen à Jure lata est perpetua in sua causa nempe authoritate legis , ab homine verò lata est temporalis in sua causa nempe authoritate hominis.

Censura ab homine alia est *specialis* , quæ ob particulare factum & in determinatas personas fertur : ut si Episcopus excommunicaret Petrum ob illius à beneficio absentiam , vel omnes illos , qui furtum commiserunt , nisi intrà tale tempus restituant , alia est *generalis* ; ut si excommunicaret illos , qui furtum commiserint vel festum violaverint &c.

Censura tam à Jure quam ab homine alia est lata , alia ferendæ sententiæ , *lata sententiæ* dicitur , quæ trahit secum executionem ex cap. pastoralis § 3. §. verum de appellat. lib. 2. tit. 28. *cum executionem excommunicatio secum trahat* , ità ut per illam Juris seu præcepti , cui annexa est , transgressionem ipso facto contrahatur , nec opus sit ulteriori sententiæ , econtrà *ferendæ sententiæ* non incurritur ipso facto per Juris vel præcepti , cui annexa est , violationem , sed hac suppositâ ferenda est per sententiæ , semper autem censetur esse censura ferendæ sententiæ : cum in pœnis benignior interpretatio sit faciendâ , nisi a pertis verbis significetur censura latæ sententiæ.

Ex quibus infertur 1. Si præcipiatur aliquid sub pœna excommunicationis vel suspensionis nullâ aliâ particulâ censuram latæ sententiæ significante adjecta , debet intelligi de censura sententiæ ferendæ.

2. Hæc verba : *qui hoc fecerit excommunicationem se noverit incursum , vel qui hoc fecerit , excommunicetur , suspendatur* ; cum sint indifferentia , intelligenda sunt de censura sententiæ ferendæ , idem aliis quibus videtur de his : *sit excommunicatus , sit Anathema*.

3. Ut intelligatur censura latæ sententiæ opus est

ut

ut præcipiens actum sub excommunicatione incur-
rendâ addat : *ipso facto* sive *lata sententia*, vel non-
utatur verbis duntaxat de futuro sed de præsentî in-
cursionem excommunicationis significantibus di-
cendo : *excommunicamus* eum, qui tale delictum
commiserit, sive *subiaceat excommunicationi*, incur-
rat *excommunicationem*, noverit se *excommunicatum*
esse, ut colligitur ex cap. un. de injuriis in 6. lib. 5.
tit. 8. cap. 2. de Hæret. in 6. prin. & §. 1. lib. 5. tit.
2. cap. patereâ 40. de appellat. de duabus speciebus
nempe suspensione interdicto aliisque pœnis spiri-
tualibus Quæst. IV. ageatur, ut autem materia latissi-
ma excommunicationis, quæ prima & præcipua cen-
sura est, paulo enucleatius tradatur, sit

§. 1.

Quid est quotuplex sit excommunicatio?

DICO *Excommunicatio est à qualibet licitâ com-
munionem fidelium separatio . . . minor excommuni-
catio non habet perfectam rationem excommunicationis*
S. Th. in suppl. Q. 21. A. 1. O. & ad 4.

Prima pars colligitur ex can. omnis Christianus
22. can. canonica 107. caus. XI. Q. 3.

Probatur : quia excommunicatio est corrigens re-
belles & contumaces mediâ bonorum Ecclesiastico-
rum privatione, ideoque regulariter tantum in eos,
quorum correctio speratur, fertur, ut colligitur ex
can. notandum 37. caus. XXIV. Q. 3. cap. 1. de
sent. excom. in 6. quod si aliquando feratur in eum,
qui non præsumitur emendandus : id fit, ne ab ejus
communicatione inficiantur, juxta textum in can.
rescindendæ 16. can. corripiantur 17. caus. XXIV. Q.
3. cujus censuræ infligendæ potestatem habet Eccle-
sia ex concessione Christi, non quod ipsa censura sit
Juris divini, sed quod Jus illud Ecclesiasticum ex
quo vim habet censura excommunicationis, sit in
Jure divino fundatum.

Cui

Cui non obstat, quod dicitur Matth. 18. *si Ecclesiam non audieris sit tibi sicut Ethnicus & publicanus*; quia per illa verba non excommunicantur à Deo ipso Ecclesiae rebelles sed tantum indicatur: cum illis qui Ecclesiae rebelles sunt cautè esse conversandum, sicut consortium Ethnicorum ob perversionis periculum declinare debemus. ceterum in illis verbis cum subsequenter fundatur ipsa potestas, quam habet Ecclesia inobedientes & contumaces excommunicandi, subjungitur enim v. 18. *Amen dico vobis, quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecunque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo.* Ex quibus patet effectus hujus censuræ à potestate ecclesiasticâ inflictæ non tantum in foro fori, sed etiam in foro poli valere, ut reverà excommunicatus separetur à communione fidelium videlicet, ut coram Deo non communicet cum aliis fidelibus, nempe si major sit excommunicatio in convictu purè externo, scilicet colloquiis, contractibus & commerciis & in bonis spiritualibus Ecclesiae jurisdictioni subditis, ut Sacramentis Ecclesiae, orationibus aliisque divinis officiis. *Dixi orationibus Ecclesiae*: quia non privat excommunicatio major suffragiis privatis fidelium: cum hæc sint bona non Ecclesiae sed fidelibus propria, quæ non subduntur dispositioni Ecclesiae directè, sed ex fidelium voluntate applicantur, sed de his infra. Nec privat excommunicatio communicatione cum fidelibus in fide charitate & gratia donisque supernaturalibus, quibus Christo tanquam capiti unimur, his enim bonis excommunicatio supponit excommunicationem, peccato mortali ad incurrendam excommunicationem requisito, esse privatum.

Hanc censuram inflixit S. Paulus incestuoso 1.

Cor.

Cor. 5. Hymenæo & Alexandro 1. Timot. 1. atque dum eadem coercere nititur ultimis hisce temporibus contumaces Jansenisticorum dogmatum assertores sumus Pontifex, eandem impiè insectatur Quenellus in propositionibus damnatis, quarum aliquæ specie- tenus quidem veritatem præferunt, attamen om- nes in sensu authoris corporis Ecclesiæ consensum ad excommunicandum requirentis, atque de inconsi- derato & præcipiti zelo Prælatosecclesiasticos in suis contrà Jansenistas processibus arguentis falsæ & re- probæ sunt videlicet 90. *Ecclesia auctoritatem ex- communicandi habet, ut eam exerceat per primos pa- stores de consensu saltem præsumpto totius Ecclesiæ.* Contradict huic propositioni factum S. Pauli incon- sultâ Ecclesiâ excommunicantis incestuosum Corin- thium S. Ambrosii excommunicantis Theodosium. 91. *excommunicationis injustæ* (NB. ejus quam tulerunt summi Pontifices contrà Jansenistas, de quâ loquitur Author) *Metus nunquam debet nos impedire ab im- plendo debito nostro; nunquam eximus ex Ecclesiâ, etiam quando hominum nequitiâ videmur ab eâ ex- pulsi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per charitatem affixi sumus.* 92. *Pati potius in pace excommunicationem & anathema injustum, quam prodere veritatem est imitari sanctum Paulum, tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scin- dere unitatem* 93. *Jesus quandoque sanat vulnera, quæ præceps primorum pastorum festinatio infligit sine ipsius mandato; Jesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt* 94. *Nihil pejorem de Ecclesiâ opinio- nem ingerit ejus inimicis, quam videri illic domina- tum exerceri suprâ fidem fidelium & foveri divisiones propter res, quæ nec fidem ladunt, nec mores.* 95. *Veritates eò devenerunt, ut sint lingua quasi peregri- na plerisque Christianis, & modus eas prædicandi est veluti*

*veluti idioma incognitum, adeò remotus est à simplici-
 tate Apostolorum, & supra communem capium fide-
 lium, neque satis advertitur, quod hic defectus sit
 unum ex signis maximè sensibilibus senectutis Ecclesie
 & ira Dei in filios suos. 96. Deus permittit, ut
 omnes potestates sint contrariae praeicatoribus veritatis,
 ut ejus victoria attribui non possit, nisi divina gratia.
 97. Nimis saepe contingit, membra illa, quae magis
 sanctè ac magis strictè unita Ecclesie sunt, respici at-
 que tractari tanquam indigna, ut sint in Ecclesia,
 vel tanquam ab eà separata, sed justus vivit ex fide,
 & non ex opinione hominum. 98. Status persecu-
 tionis & poenarum, quas quis tolerat tanquam hereti-
 cus, flagitiosus & impius, ultima plerumque proba-
 tio est, & maximè meritoria, utpote quae facit homi-
 nem magis conformem Jesu Christo. 99. Pervicacia,
 praeventio, obstinatio in nolendo aut aliquid examina-
 re aut agnoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie
 quoad multos in odorem mortis id, quod Deus in suà
 Ecclesia posuit, ut in eà esset odor vitae v.g. bonos li-
 bros, instructiones, sancta exempla &c. 100. Tem-
 pus deplorabile, quo creditur honorari Deus perse-
 quendo veritatem ejusque discipulos. Tempus hoc ad-
 venit: haberi & tractari à religionis ministris tan-
 quam impium & indignum omni commercio cum Deo,
 tanquam membrum putridum, capax corrumpendi
 omnia in societate Sanctorum, & hominibus piis mor-
 te corporis mors terribilior, frustra quis sibi blandi-
 tur de suarum intentionum puritate & zelo quodam
 Religionis, persequendo flammà ferroque viros pro-
 bos, si proprià passione excacatus aut abreptus alienà,
 propterea, quod nihil vult examinare, frequenter
 credimus sacrificari Deo impium, & sacrificamus
 Diabolo Dei servum. Hucusque Quenellus quoad
 speciem verè & piè, sed in re falsò & impiè, dum do-
 cuit*

Strinam

Strinam Je
 res Ecclesi
 risque ejus
 & sanctoru
 que iustas p
 tionis in co
 & veritate
 cedentes tr
 su Aachor
 quam m
 plici ocu
 siae Prae
 moveant.
 Secun
 Duplex e
 nomine e
 tur ac jan
 vat direc
 mentoru
 comm.
 borum: i
 commun
 tum min
 etiam m
 fidelium
 10. de C
 tit. 27. E
 activà Sac
 fivâ ad ber
 Arare Sac
 & omne b
 dinatur ad
 nicatione r
 cium, elec
 sed per exce

Strinam Jansenisticam nomine veritatis, ejus sectatores Ecclesiæ judicium superbè contemnentes, censurisque ejusdem rebelles sub titulo virorum proborum & sanctorum ad imponendum simplicibus proponit, atque justas pœnas & censuras præcipuè excommunicationis in contumaces latas velut persecutiones veritatis & veritatem sectantium velut ex improvido zelo procedentes traducit, cujus proinde propositiones in sensu Authoris hic adjunguntur, ut omnibus pateat, quam meritò vaticano fulmine tactæ sint, neque simplici oculo lectæ incautos ad immeritam contra Ecclesiæ Prælatos, ipsumque caput indignationem permoveant.

Secunda Pars Conclusionis explicatur & probatur:
 Duplex est excommunicatio alia *major*, quæ semper nomine excommunicationis simpliciter dictæ intelligitur ac jam superius descripta est; alia *minor*, quæ privat directè & propriè solum passivâ receptione Sacramentorum ut evincitur ex cap. si quem § 9. de sent. excomm. in quo Greg. IX. *Si quem sub hâc forma verborum: illum excommunico, vel simili à Judice suo excommunicari contingat, dicendum est: eum non tantum minori, quæ à perceptione Sacramentorum, sed etiam majori excommunicatione (quæ à communione fidelium separat) esse ligatum* item ex cap. si celebrat 10. de Cler. excom. depos. vel interd. min. Lib. 5. tit. 27. Ex quo indirectè & consecutivè privat etiam activâ Sacramentorum administratione & electione passivâ ad beneficium: quia indecens est, eum ministrare Sacramentum, ad cujus receptionem est inhabilis, & omne beneficium Ecclesiasticum saltem remotè ordinatur ad Sacramenta: si tamen innodatus excommunicatione minore eligatur vel præsentetur ad beneficium, electio vel præsentatio non est ipso jure nulla, sed per exceptionem irritanda, ut colligitur ex illis ver-

bis

bis cap. si celebrat cit. *Si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est irritanda, pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis Patribus est privatus.* Incurritur autem hodie excommunicatio minor in unico calu nempe per communicationem etiam tantum venialiter culpabilem cum excommunicato vitando sive vivo sive mortuo, nec solet inferri per sententiam, licet ab habente jurisdictionem fori externi id fieri posset.

§. 2.

De privatione communionis quoad spiritualia Ecclesia bona per excommunicationem.

Suppono : quod licet olim fideles debuerint evitare omnes excommunicatos in secreto, quos secretè, in publico, quos publicè excommunicatos esse constabat, hunc tamen rigorem temperavit concil. Constant. Martino V. approbante per constitutionem passim ab Authoribus, speciatim à S. Antonino relatam, quæ sic habet : ad evitanda scandala & multa pericula, quæ timoratis conscientis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps à communionem alicujus, Sacramentorum administratione aut aliis quibuscunque divinis intus & extrà prætextu cujusque sententiæ aut Censuræ Ecclesiasticæ à jure vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, aut vitare aliquem, aut interdictum Apostolicum observare, nisi sententia hujusmodi vel Censura illata contrà personam, Collegium, Universitatem Ecclesiæ, communitatem aut locum certum fuerit à Judice publicata vel denunciata specialiter & expressè, constitutionibus Apostolicis & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, salvo si quem sacrilega manuum injectione in Clericum in sententiam latam adeò notoriè constiterit incidisse, quod factum non possit aliquâ tergiver-

latio;

fatione
commu
mus ab
tutioni
per hoc
aut inter
quomod
cto non
rici per
nuntia
denun
probat
DIC
tentiam
lum pr
sunt,
Person.
suffrag
Q. 21.
Pri
suffragi
quà ob
potesta
hac di
præsum
prohibe
cundum
trationis
statu grat
bus prop
municato
vice & ne
ex ipsius in
sacrificii q
omnino p
III. Pa

satione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam à communione illius licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta Canonicas sanctiones, cui constitutioni ex Concil. Basileensi adjecta sunt sequentia: per hoc tamen hujusmodi excommunicatos suspensos aut interdictos non intendimus in aliquo relevare nec quomodolibet suffragari. Ex qua constitutione de facto non obligantur fideles vitare, nisi notorium Clerici percussorem & excommunicatum nominatim denunciatum, ubi tamen sufficit notoreitas vel publica denuntiatio habita ex fama à fide dignis ortâ & plenè probatâ.

DICO. *Quia Ecclesia per excommunicationis sententiam separat excommunicatos ab universitate fidelium pro quibus suffragia facit... suffragia eis non prosunt, que pro totâ Ecclesiâ sunt... quamvis aliqua Persona privata possit ad eorum conversionem aliquid suffragium per intentionem dirigere.* S. Th. in suppl. Q. 21. A. 1. ad 2.

Prima Pars explicatur & probatur: Triplicia sunt suffragia Ecclesiæ, primum est valor sacrificii Missæ, quâ oblatis nomine Christi, & hujus applicatio est in potestate Sacerdotis consecrantis, ut Ecclesia nil de hac disponat, nec proindè vi excommunicationis præsumi potest Ecclesiam talis fructus applicationem prohibere, de quo dictum est Disput. XXVII. Secundum genus suffragiorum continet fructum impetrationis & satisfactionis respondentem cuivis operi in statu gratiæ elicito, & hunc fructum tanquam fidelibus proprium, Ecclesia etiam non impedit excommunicato applicare. Tertium genus est suffragiorum vice & nomine Ecclesiæ faciendorum: ut sunt preces ex ipsius institutione & nomine factæ, nec non valor sacrificii quâ oblatis nomine Ecclesiæ, & his suffragiis omnino privatus est excommunicatus; ut constat ex

III. Partis Theol. Schol. suppl. R Cap.

Cap. à nobis 28. Cap. sacris 38. de sent. excom. undè nihil valerent, si à quoquam contra intentionem Ecclesiæ applicarentur excommunicato, eò quod, cum talia suffragia subsint dispensationi Ecclesiæ, nec validè nec licitè possunt contra intentionem Ecclesiæ applicari excommunicatis etiam in genere: cum Ecclesia quibuscunque neget illa suffragia.

Obj. Ipsamet Ecclesia in die Parasceves orat pro excommunicatis, schismaticis & hæreticis, ergo non excludit eos à communibus suffragiis. Accedit quod liceat orare pro hæresum extirpatione & fidei dilatatione, consequenter etiam licebit orare pro pœnitentiâ excommunicatorum & eorum reductione ad Ecclesiam.

R. Negando conseq. Speciale enim est, quod in die Parasceves Ecclesia oret etiam pro excommunicatis: ut scilicet ostendat & repræsentet eo die, quod Christi passio pro omnibus hominibus fuerit oblata, undè extrà illud tempus communia pro excommunicatis suffragia offerre non licet. Ad id, quod additur, negatur rursus sequela: in tali enim casu tantum indirectè excommunicatis Ecclesiæ suffragia applicantur, dum directè offertur sacrificium nomine Ecclesiæ pro hæresum extirpatione & fidei dilatatione.

Neque obest: quod tales excommunicati sint contriti, quia excommunicatio semel incurfa nequidem per mortem tollitur, nisi per absolutionem erga defunctos indirectè faciendam; ergo licet contritus decesserit excommunicatus, debet adhuc privatus censei suffragiis Ecclesiæ, nisi mediante absolutione reducatur ad fidelium consortium cum Innocent. III. in cit. Cap. à nobis 28. de sent. excomm. expressè statuat, eidem, qui in excommunicatione licet contritus decessit, non esse comunicandum ante absolutionem, nec pro eo instituendas publicas orationes, licet quoad Deum sit absolutus.

Ne-

Nec
rum, e
non vit
dendo
possint
voluit
commu
rentor
re, h
cumi
applic
Ne
ex om
vitari
nem ex
cessit,
plicari
valida
applic
ut cor
munic
tiente
Sec
fidelis
positio
tudinis
torum,
bet imp
Domino
ris quida
pia cogit
Q. I.
pulturâ pu
R. I.
tionis exhi

Neque fit quoad applicationem talium suffragiorum, distinctio inter excommunicatos vitandos & non vitandos: quia Concilium Constantiense concedendo fidelibus, ut cum excommunicatis toleratis possint communicare, directè & per se in hoc nullum voluit facere favorem excommunicatis, sed si pro excommunicatis, eò quod tolerati sint, validè applicarentur Ecclesiæ suffragia, & liceret ea directè applicare, hoc videretur directè cedere in ipsorum favorem: cum ista communio non tam faveret fidelibus suffragia applicantibus quam excommunicatis.

Nec obstat: Cap. cum non ab homine 14. de sent. ex omni. quod occultum excommunicatum publicè vitari noluit; quia tantum intendit vitare diffamationem excommunicati adhuc occulti, non autem concessit, ut Ecclesiæ suffragia possent validè pro ipso applicari, nec voluit Concilium Constantiense quoad validam suffragiorum pro excommunicatis toleratis applicationem aliquid innovare, sed expressè noluit, ut concessio sua quomodolibet suffragaretur excommunicatis toleratis, ergo etiam post Concil. Constantiense manent privati suffragiis Ecclesiæ.

Secunda Pars probatur: Ea suffragia, quorum fidelis est Dominus independentè à voluntate & dispositione Ecclesiæ, potest quibuscunque æternæ beatitudinis capacibus impendere, sed suffragiorum privatorum, quæ non nomine Ecclesiæ sed privato quilibet impendit, non Ecclesia sed ipse privatus homo est Dominus, estque excommunicatus capax, ut salutaris quidam effectus per illa à Deo ipsi concedatur v g. pia cogitatio, desiderium conversionis

Q. 1. Qualiter excommunicatus Ecclesiasticâ sepulturâ privetur?

R. 1. Excommunicatus toleratus, si signa contritionis exhibuerit ante mortem, non est privandus Eccle-

siasticâ sepulturâ ; excommunicatus vero non toleratus exhibitis etiam signis contritionis ante absolutionem non est capax Ecclesiasticæ sepulturæ vide Disput. XXVII. Q. IV.

R. 2. In Clement. 1. de sepult. excommunicantur qui scienter excommunicatum sepeliunt nec non in Cap. quicumque de hæreticis in 6. Qui sepeliunt hæreticos eorumque fautores, hæc tamen modo vi extrav. ad evitanda, non debent extendi ultrâ excommunicatos nominatim denunciatos vel notorios Clerici percussores, ubi tamen nomine sepelientium pro causa præsentis non veniunt illi, qui comitantur funus, vel etiam Clerici canentes, vel fossam aperientes sed immittentes corpus in sepulchrum & terrâ cooperientes vel etiam id fieri mandantes, quia si mandantes non comprehenderentur, constitutio foret frustranea ; cum in immittentibus cadaver in sepulchrum raro excommunicatio locum habeat, utpote qui sunt homines rustici & juris ignari, & hinc à Censura ob illius ignorantiam excusantur, aut certè excusarentur ex metu, qui iis incuti potest. Licet igitur sub stricta verbi significatione nomine sepelientium non veniant alii, quam corpus verè tumultantes ex generali Reg. 15. J. in 6. Ob aliam tamen Regulam comprehendi debent mandantes.

Q. 2. Qualiter excludatur excommunicatus à Sacramento ?

R. Excommunicatus validè suscipit omnia Sacramenta, etiam, si ignorantia Censuræ excuset, aut aliàs bona fides adsit, Sacramentum pœnitentiæ. Ratio est : quia Sacramentorum valor non pendet à voluntate Ecclesiæ, sed solius Christi ; ergo Ecclesia nequit reddere per excommunicationem Sacramentum invalidum, modo (ut supponitur) essentialia à Christo requisita adsint, sed tantum reddit ejus sus-

cep-

ceptionem
sacramentum
rem veram
communio
sit, alia
nis scienter
debita d
2. F
sacramentum
illud
ciliur
excom
quam
indire
instan
nistrat
tè (c
absol
conf
fidelit
prohib
non p
ment
conce
nullo
dies fe
adsit,
quod p
cessariu
crum,
3.
Sacram
nullaten
communi
ad petiti

ceptionem illicitam; ex quo sequitur, quod cum Sacramentum poenitentiae ex propria ratione exigat dolorem verum supernaturalem de peccatis, si in statu excommunicationis ignorato suscipiatur tantum validum sit, aliàs illud Sacramentum in statu excommunicationis scienter susceptum invalidum est propter defectum debitae dispositionis: nempe sufficientis doloris.

2. Excommunicatus toleratus validè ministrat Sacramentum poenitentiae, si ex aliquâ causâ rationabili illud à fidelibus petatur: *Ratio est*: quia ex quo Concilium Constantiense dedit fidelibus facultatem cum excommunicatis toleratis communicandi tam in divinis quam in aliis rebus & functionibus, consequenter & indirectè ipsis etiam excommunicatis permisit ut ad instantiam fidelium possint validè Sacramenta administrare relinquendo ipsis jurisdictionem, imò & licitè (cæteris paribus, si videlicet non potentes obtinere absolutionem per contritionem sese in statu gratiae constituere conentur) aliàs cederet id in gravamen fidelium qui tum ex virtute Religionis tum Charitatis prohiberentur, ne peterent Sacramenta ab iis, qui non possent sine peccato præsertim sacrilegii Sacramenta conferre; quod Concilium illam licentiam concedendo in tali casu tantum favet fidelibus, & nullo modo directè favet excommunicatis: hinc si dies festus occurrat, nec alius Sacerdos celebraturus adsit, potest excommunicatus toleratus celebrare, eò quod populus tunc præsumatur petere sacrificium necessarium pro exequendo præcepto audiendi sacrum.

3. Excommunicatus non toleratus illicitè ministrat Sacramenta: quia fidelibus extrâ casum necessitatis nullatenus licet cum excommunicatis non toleratis communicare, ergo nec excommunicati non tolerati ad petitionem fidelium extrâ casum necessitatis possunt

sunt Sacramenta licitè & Sacramentum pœnitentiæ (ad cuius valorem requiritur iurisdicção, quâ Ecclesia excommunicatum privat) validè conferre. Pro casu tamen necessitatis Ecclesia talem iurisdiccionem tribuit, undè ex communi DD. sententia, si necessitas sit extrema in proximo, potest excommunicatus vitandus ipsi impendere Sacramentum baptismi vel pœnitentiæ, quo alias esset cariturus, extrâ casum verò necessitatis invalida est absolutio Sacramentalis ab excommunicato vitando concessa, eò quod careat iurisdicçãoe Cap. ad probandum 24. de sent. & re jud. Lib. 2. tit. 17. Cap. Romana 1. de off. vic. in 6. Lib. 1. tit. 13. licet autem textus in Capp. cit. de iurisdicçãoe fori contentiosi loquantur, à Doctoribus tamen ad quamlibet etiam voluntariam iurisdiccionem extenduntur.

Excipitur casus erroris communis cum titulo colorato: quia L. Barbarius. ff. de off. prætor. agens de gestis ab eo qui communi errore putabatur Iudex, extenditur communiter ad forum Ecclesiasticum, ità ut tunc Ecclesia concedat iurisdiccionem: cum eadem & maiores inconvenientiæ sequantur ex invaliditate actus judicialis in foro conscientiæ, quam sequantur ex invaliditate actus judicialis in foro Civili, pro quo Lex: Barbarius: lata est, in illo, qui communi errore putatur legitimus Iudex; ne ergo fideles bona fide procedentes decipiantur pro tali casu, Ecclesia supplet iurisdiccionem; an autem in casu necessitatis alio Sacerdote non præsentè possit excommunicatus licitè conferre Sacramentum Eucharistiæ & extremæ unctiõnis, dubium est inter DD. fundamentum sententiæ affirmantis in tali casu posse per excommunicatum vitandum licitè conferri Eucharistiam non verò extremam unctiõnem: est: quia Sacramentum extremæ unctiõnis non est Sacramentum necessitatis, sicut Eucharistia est necessaria non quidem necessitate mediæ sed præ-

præcep
li vitand
velle m
reciper
4.
die po
mentari
gressu E
vata C
tit. 7
in Ca
ret,
cio su
stitue
muni
etiam
vel ad
incur
Q 3.
cont
sam e
irreg
com
dictio
reduc
nupt
tus ber
tamen
nio,
ad act
Q.
munic
An
Nor
telligatu

præcepti ac pro tentationibus & suggestionibus Diaboli vitandis, undè non est præsumendum, Ecclesiam velle moribundum tali remedio destitui, dum nequit recipere illud, nisi ab excommunicato vitando.

4. Pœnæ, quæ incurruntur, si excommunicato (hodie post Concil. Constant. tantum vitando) Sacramenta indebitè administrantur sunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ & major excommunicatio Papæ reservata Cap. Episcoporum 8. de privileg. in 6. Lib. 5. tit. 7. Et Cap. significavit 18. de sent. excomm. imò in Cap. excommunicamus 1. §. credentes 5. de hæret. Lib. 5. tit. 7. Decernitur quod Clericus ab officio suspendendus sit & non nisi Papæ dispensatione restituendus, qui alii ob Hæresin vel fautoriam excommunicato ministrat Sacramentum. Excommunicatus etiam non vitandus illicitè Sacramentum ministrans vel actum Ordinis sacri, quo insignitus est, exercens incurrit irregularitatem Can. si quis 7. Causa XI. Q. 3. Cap. ult. de Clerico excomm. ministr. à sensu contrario. *Dixi 1.* Illicitè: quia si ob aliquam causam excusatur à culpâ, etiam excusatur à pœna nempe irregularitate arg. Cap. Apostolicæ 9. de Cleric. excomm. ministr. *Dixi 2.* Actum Ordinis, non jurisdictionis, undè quia benedictio solemnis nuptiarum reducitur ad actus Ordinis Cap. 1. & 2. de secund. nupt. Lib. 4. tit. 21. Hinc Parochus excommunicatus benedicens solemniter nuptias fit irregularis; non tamen Parochus excommunicatus assistens matrimonio, cum assistentia matrimonio præstita reducatur ad actus jurisdictionis.

Q. 3. Qualiter excommunicatus non debet communicare in divinis officiis?

Antequam respondeatur

Nota: quod nomine officiorum divinorum hic intelligatur missæ sacrificium, horæ Canonice, processionis

siones publicæ, benedictiones Chrismatis, aquæ benedictæ ac solempne cujuscunque ordinis exercitium.

R. I. Non debent excommunicati etiam tolerati interesse divinis officiis: in specie missæ sacrificio, & publicæ horarum Canoniarum recitationi, ita evincitur ex cap. significavit 18. cap. nuper 29. cap. responso 43. de sent. excomm. cap. alma Mater 24. eod. tit. in 6. in quo Bonifacius VIII. rigorem interdicti temperat, ut aliquibus temporibus divina officia & Missæ celebrari possint solempniter, singulis verò diebus non solempniter, exclusis tamen excommunicatis, verba sunt: *Adjicimus præterea, quod singulis diebus in Ecclesiis & monasteriis missæ celebrentur & alia divina officia sicut prius, submissa tamen voce & Januis clausis excommunicatis & interdictis exclusis & infra: in festivitibus verò natalis Domini, Pasche ac Pentecostes & assumptionis Virginis Gloriosæ campana pulsentur & Januis apertis altâ voce divina officia solempniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admisis. in cap. illud 5. de Cler. excom. &c. lib. 5. tit. 27. de quodam excommunicato Episcopo, qui divinis interfuit, rescribit Innoc. III. Illud autem, quod sub spe veniæ divina sibi fecit (postquam se à nobis excommunicatum noverat) celebrari & communioni fidelium se ingressit, potius contra eum facere credimus, quam pro eo, cum sub fiduciâ pœnitentiæ non debuerit deliquisse, & excommunicato non vitare, multò magis, quam non vitari periculosum existat. Ex quibus sequitur, quod gravis peccati reus sit, qui in statu excommunicationis officiis divinis præcipuè sacrificio missæ interesse præsumit: quia agit contra prohibitionem Ecclesiæ in materiâ gravi unde & gravis eidem infligitur pœna in Clem. gravis 2. de sent. excom. lib. 5. tit. 10. ut si excommunicatus etiam toleratus monitus*
exire

exire m
servatam

Dice

modum

enim a

B. D

peccet,

fuerit,

facile a

attame

macite

divini

Ne

possit.

in divi

quæ v

mine

nicatio

Co

carum

cum fi

comm

gatus

debet

quia ill

comin

se loque

parvitat

audi ora

2. P

ces fune

aliisque

quia pri

libus &

exire nollet, novam excommunicationem Papæ reservatam incurreret.

Dices: Excommunicatus ex delicto reportat commodum, si non debeat interesse divinis: excusabitur enim à præcepto audiendi missam.

R. Negando aff. ad probat. dicitur: quod licet non peccet, quamdiu ab excommunicatione absolutus non fuerit, contra præceptum audiendi missam, nisi possit facile absolutionem obtinere & eandem non quærat, attamen privatur in pœnam delicti, in quo contumaciter persistit, fructu, quem aliàs ex assistentiâ in divinis percipere potuisset.

Neque ulterius *instes*: quod si divinis interesse non possit, quia non debet communicare cum fidelibus in divinis, etiam non debeat recitare horas Canonicas, quæ videntur notabilem cum fidelibus, quorum nomine publicas Deo preces offert, importare communicationem.

Contra enim est: Quod privata horarum Canonicarum recitatio nullam importet communicationem cum fidelibus, unde non est ratio cur deobligetur excommunicatus à recitatione, ad quam alias est obligatus; cæterum in privata horarum recitatione non debet excommunicatus dicere: *Dominus vobiscum*: quia illis verbis ut persona publica cum aliis fidelibus communicans se gerit, quibus tamen si uteretur per se loquendo non peccaret, nisi venialiter, ob materiæ parvitatem, sed loco hujus debet dicere: *Domine exaudi orationem meam*.

2. Potest excommunicatus privatim in Ecclesiâ preces fundere, potest etiam Sacramentalibus v. g. aquâ aliisque rebus benedictis, reliquiis Sanctorum uti: quia privatim in Ecclesiâ orando aut Sacramentalibus & reliquiis utendo nullatenus cum fi-

delibus communicat, nec utendo similibus communia Ecclesiæ suffragia participare semper intendit, sed potest intendere protestationem cultûs divini, excitationem interioris pœnitentiæ aliosque effectus salutare.

3. Excommunicatos non toleratos etiam sub gravi obligatione tenentur fideles per se loquendo à sacrificio missæ aliisque divinis officiis excludere: quia fideles, qui permetterent excommunicatos vitandos assistere missæ sacrificio aliisque divinis officiis, reputarentur cum ipsis communicare in divinis, quod esset grave sacrilegium; undè si talis excommunicatus interesse vellet Missæ, monendus est, ut exeat, quod si nolit sponte egredi, etiam vi, si opus sit expellendus est, cum licita sit defensio jurisdictionis & censuræ arg. cap. veniens 6. de sent. excom. quod si nullâ ratione expelli possit, missæ sacrificium ante cœptû Canonem intermittendum est, cœpto autem Canone factâ consecratione & sumptione Eucharistiæ omisiss orationibus & aliis post communionem recitari solitis recedendum est ad sacrificiâ; quod si quis impediret, ne quis excommunicatus admonitus recederet à sacrificio, subjaceret excommunicationi Papæ reservatæ Clem. gravis cit. sicut etiam sacerdos celebrans coram excommunicato vitando ultra peccatum mortale & minorem excommunicationem contraheret interdictum ab ingressu Ecclesiæ ex cap. Episcoporum 8. de privileg. in 6.

Q. 4. Qualiter excommunicatus redditur inhabilis ad beneficia Ecclesiastica?

R. I. Excommunicatio reddit incapacem beneficii acquirendi, ita ut probabiliter post validam electionem, collationem &c. ante acceptationem incurta impediatur beneficii acquisitionem; ita evincitur ex cap. postulastis 7. de Clerico excommunic. ministr. in quo Innoc. III. *Clericis excommunicationis vinculo*

inno-

inmoder
nec illi o
fuerit n
Canonice
ralibus
collatione
mereant
tionem
minatio
illius co
causa
acqui
non po
sed in
esse, l
cio ali
non q
de fru
labori
extend
cas: c
sequit
esse in
munic
eclesiast
ministr.
faculari
fiones p
Ratio pr
invalide
talis licit
ditos, c
men non
posterior
tura de b

innodatis Ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea retinere licet, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum, cum ea non fuerint Canonice consecuti. Illi verò, qui scienter illa beneficia talibus contulerunt, tamdiu debent à beneficiorum collatione suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur. Ex quibus patet, quod ob excommunicationem irrita sit ipso jure electio, præsentatio, nominatio excommunicati ad beneficium, nec non illius collatio, litteratum impetratio & qualibet alia ex causâ etiam resignationis ac permutationis, beneficii acquisitio; undè sequitur à tali etiam de jure possideri non posse fructus beneficii, utpote nulliter impetrati, sed in conscientiam ante sententiam judicis restituendos esse, licet si quæ servitia ab excommunicato in beneficio alias nullo jure possessio fiat facta, possit ex titulo non quidem beneficii, sed præstiti obsequii, tantum de fructibus retineri, quantum correspondet servitio & labori taliter impenso. Quod dicitur de beneficio, extendi debet ad quævis officia & dignitates Ecclesiasticas: cum enim officium detur propter exercitium, sequitur, eum, qui ad exercitium est incapax, etiam esse inhabilem ad acquisitionem officii; sed excommunicatus excluditur ab exercitio officii dignitati Ecclesiasticæ annexi ex cap. postulastis de Cleric. excomm. minist. cit. ergo. Non tamen debet extendi ad officia secularia, etiam probabiliter non extenditur ad pensiones per modum subsidii temporalis se habentes. *Ratio prioris est:* quia nullus juris textus reperitur, qui invalidet collationem similium officiorum; quia licet talis licet non possit exercere jurisdictionem ergà subditos, quorum communione est privatus, actus tamen non sunt irriti sed ad summum sunt irritandi. *Ratio posterioris est:* quia textus invalidantes loquuntur tantum de beneficio, nec ullus, per quem invalidetur collatio

latio

latio pensionis excommunicato facta, est assignabilis: cum beneficii nomine non veniat intelligenda pensio ut evincitur ex declaratione S. Congreg. Trid. sess. 14. cap. 7. decidentis: Decretum de incapacitate homicidæ ad beneficia non extendi ad pensionem, nisi ergo pensio aliqua habens rationem præstimonii sit collata ob exercitium alicujus spiritualis officii, & hinc imitetur naturam beneficii, ejus collatio excommunicato facta non est ipse jure invalida.

Quod autem collatum beneficium etiam excommunicatus ante acquisitionem invalidè acceptet *Probat*: Excommunicatus non est capax juris acquirendi in beneficio, sed non per collationem, sed acceptance ipsius collationis acquiritur jus in beneficio ut evincitur ex cap. si tibi absentem 17. de præbend. in 6. lib. 3. tit. 4. in quo Bonifacius VIII. *Si tibi absentem per tuum Episcopum conferatur beneficium licet per collationem hujusmodi (donec eam ratam habueris) jus in ipso beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras*, ergo talis acceptatio post excommunicationem incursum erit invalida, sicut alias electio & collatio est invalida, ad juris acquisitionem.

Dices: Si acceptance acquiratur jus in beneficio & consequenter invalida sit ob excommunicationem post collationem incursum; ergo acceptans habet jus in beneficio à seipso & non à collatore, quod dici nequit.

R. Negando sequelam: quia acceptatio non tribuit jus originativè sed completivè in quantum antecedentem collationem consummat, ut per eandem Clerico jus in beneficio acquiratur. Cum igitur illo tempore, quo illud jus acquiri deberet, Clericus excommunicatus sit incapax, verè non obtinet jus in beneficio, sive sciat, sive ignoret excommunicationem.

2. Non vi excommunicationis obtento beneficio privatus, sed post obtentum beneficium excommunicatus illo est privandus, si in excommunicatione inlorescat, & gravis sit contumacia, quod relinquatur Judicio ordinarii, ex Gl. in cap. cum bona 8. de at. & qualit. & ord. præfic. lib. 1. tit. 14. *v. spoliare ex quo per annum* *Et ultra quis stat in excommunicatione privari debet beneficio suo*, eodem modo fructibus beneficii non ipso Jure privatus, sed privandus est excommunicatus: quia in cap. pastoralis 53. §. verum de appellat. lib. 2. tit. 28. de eo, qui post excommunicationem appellavit & appellatione interpositâ denunciatus fuit, dicitur quidem: *illi proventus ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui Ecclesia communicatio denegatur*. Attamen cum illa verba non magis latam, quam ferendam sententiam importent, debent explicari de subtractione proventuum per Judicis sententiam, cum in pœnis benignior sit facienda interpretatio; undè excommunicatus beneficii aliàs legitimè possessi fructus (præter distributiones quotidianas, quæ dantur ob præsentiam in divinis officiis, quibus excommunicatus secundum dicta interesse non debet) percipere & retinere potest, donec eisdem per Judicis sententiam privetur, quâ sententiâ condemnatoriâ latâ utique fructibus cedere deberet.

Q. 5. Qualiter privat excommunicatio Jurisdictione Ecclesiasticâ?

R. 1. Omnibus tam toleratis quam non toleratis excommunicatis illicitum est Jurisdictionis ecclesiasticæ exercitium: quia illicita est ipsis communicatio cum fidelibus, nisi exerceat excommunicatus toleratus Jurisdictionem ad requisitionem fidei.

2. Jurisdictionem voluntariam validè exercet excommunicatus toleratus etiam non requisitus, quam-

quandiu ope exceptionis non repellitur, ut eruitur ex cap. exceptionem 12. de except lib. 2. tit. 25. in quo Greg. IV. *exceptionem excommunicationis in dilatoriis proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minimè prohibetur*, ergo si non excipiat, actus sunt validi. Idem evincitur ex cap. pia 1. eod. tit. in 6. lib. 2. tit. 12 *statuit mater Ecclesia, quod majoris excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicii opposita lites differat*. Ratio est: quia cum Ecclesia concedat in favorem fidelium non verò excommunicatorum, ut fideles possint communicare cum excommunicatis toleratis tam in humanis quam in divinis, relinquit excommunicatis toleratis Jurisdictionem, ne fideles indè patiantur detrimentum, negat verò ipsis Jurisdictionem, si à fidelibus contrà eosdem excipiantur.

3. Jurisdictionem coactivam excommunicati tolerati, si fideles non excipiant, etiam validè exercent: quia cedit in favorem fidelium acta excommunicatorum valere, dum fideles valori ejusmodi actuum consentiunt, atqui quando fideles scientes excommunicationem, contrà leges & præcepta aliosque actus coactivæ jurisdictionis non excipiunt, consentiunt valori eorum actuum, ergo validè fiunt.

Si dicas per actus coactivæ potestatis gravantur fideles ergo non cedit eorum valor in favorem fidei.

Contrà est: licet graventur actibus coactivæ potestatis intantum, in quantum obligantur legibus & præceptis, attamen, quia nihil opponunt, sicut opponere possent, volunt & consentiunt, ut tales actus effectum suum habeant, & consequenter ob Extrav. ad evitanda, quæ in favorem fidelium edita est, valent; licet igitur ex parte finis proximi & objecti, circà quod actus jurisdictionis coactivæ versatur, non tam favorem quam onus seu præceptum

&

& per
supra
excepti
exercit
extrav
munica
que exe
4. E
firatis)
volunt
probr
quo
re non
do (G
ligato
probr
eo, q
senten
esset p
ipsa
suis &
13. in
com
agunt
ctione
re vigo
1. tit. d
delegat
qui tex
Const
sunt.
Ex
comm
ter Juri
general

& penam contineat, attamen quia fideles scientes
superiorem esse excommunicatum non opponunt
exceptionem, & hinc implicite quasi approbant
exercitium illud Jurisdictionis, videtur, quod vi dictæ
extravagantis faventis fidelium consensui in excom-
municato tolerato firmetur jurisdictio coactiva ejus-
que exercitium.

4. Excommunicatus vitandus (extra casus neces-
sitatis) nullum actum Jurisdictionis ecclesiasticæ nec
voluntariæ nec coactivæ licite aut valide exercet,
probat ex can. audivimus 4. caus. XXIV. Q. 1. in
quo Alex. II. *quia excommunicatus te excommunica-
re non potuit, apostolicâ auctoritate te tuosque absolven-
do* (Gl. id est, absolutos esse ostendendo id est non
ligatos) *mandamus exinde nunquam curare.* Cap. ad
probandum 24. de sent. & re jud. lib. 2. tit. 27. *si pro
eo, quod unus ex delegatis Judicibus, qui eandem
sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo
esset publicè innodatus, quando sententia lata fuit ...
ipsâ cassatâ* (Gl. id est cassâ & irritâ nuntiâtâ) *de ip-
sius &c.* cap. Romana 1. de off. vic. in 6. lib. 1. tit.
13. in quo Innoc. IV. de officialibus Episcopi ex-
communicati: *ea, quæ ipsi gerendo hujusmodi vices
agunt, eo taliter excommunicato manente (si jurisdi-
ctionem tantum recipiunt ab eodem) non possunt obtine-
re vigorem* in cap. si is cui 10. de off. deleg. in 6. lib.
1. tit. 14. dicitur appellandum à subdelegato Judicis
delegati excommunicati ad sedem Apostolicam, qui
textus de vitandis excommunicatis post Concil.
Constantiense communi DD. sensu intelligendi
sunt.

Ex dictis colliges 1. Quod dum Episcopus est ex-
communicatus nominatim denunciatus ac ita totali-
ter Jurisdictione privatus, non possit ejus Vicarius
generalis, utpote habens idem cum ipso tribunal,
ulte-

ulterius procedere in causis etiam inceptis arg. cit. cap. Romana 1. de off. Vicarii in 6. secus est in aliis delegatis, in quibus, si post factam delegationem delegans incidat in excommunicationem, ob quam sit de Jure vitandus, expirat quidem Jurisdictio, non tamen in causis jam cœptis arg. cap. relatum 19. & cap. gratum 20. cap. licet 30. de off. deleg. Attamen si alicui sit delegata Jurisdictio pro foro interno pœnitentiæ aut ad alios actus ecclesiasticos non propriè Judiciales exercendos, hæc non amittitur neque suspenditur, licet eandem concedens postea incurrat excommunicationem, quod non tantum verum est in negotiis cœptis sed etiam nondum cœptis, ita ut Jurisdictio interior seu fori pœnitentialis & quævis alia non Judicialis ob excommunicationem à delegante postea incursum non suspendatur etiam re integra, quia hæc Jurisdictio est gratia facta, quæ ob impedimentum concedenti superveniens imò ob ejus mortem non infirmatur, licet ipsa concessio Jurisdictionis ab excommunicato vitando facta sit irrita.

Colliges 2. Collationem beneficii ab excommunicato vitando factam esse ipso Jure irritam arg. cap. un. ne sede vacante in 6. in quo statuitur, ut capitulo suspenso vel omnibus de capitulo majoris excommunicationis vinculo innodatis collatio ad Episcopum pertineat, utique ex hac ratione, quod validè conferre non possint. Idem est de electione arg. cap. cum dilectus 8. de consuetud. lib. 1. tit. 4. in quo cassatur (juxtà Gl. v. cassavimus: cassa nuntiatur) electio à suspensi celebrata, à quibus optimum sit argumentum ad excommunicatos. Idem probatur ex cap. cum inter 16. de elect. lib. 1. tit. 6. sed de his plura 2. 2. Disput. XLII.

Quoad rescripta tam Justitiæ quam gratiæ quali-
ter

ter ab
poter
scrip
6. lib
spum
alioq
fuerit
incap
muni
ut et
rum
tis a
lam
non
P
bitat
cato
mon
liduc
nicat
Mat
volu
tum
stam
tali c
tancu
Mat
date,
alteri
trime
cessio
fiatic
ligio
tens fi
Jurisd
Hl.

per ab excommunicatis invalidè impetrentur videri poterit I. 2. in append. ad Disput XX. Q. IV. de rescriptis. sufficiat textus cap. ipso Jure 1. de rescr. in 6. lib. 1. tit. 3. ipso Jure rescriptum, vel processus per ipsum habitus non valeat, si ab excommunicato super alio, quam excommunicationis vel appellationis articulo, fuerit impetratum. Ratio esse potest: tum quod sic incapax Jurisdictionis Ecclesiæ, tum quod excommunicatus taliter debeat esse expers omnis gratiæ, ut etiam toleratus invalidè impetret tale rescriptum, ex stilo tamen Curia consuevit in rescriptis adjici absolutio ab excommunicatione ad cautelam, quæ clausula operatur hoc, ut ob censuram non vitietur rescriptum.

Pro coronide de duobus actibus ecclesiasticis dubitari posset, an validè exercentur ab excommunicato non tolerato: imprimis de assistentia matrimoniali; & hæc certò valida est, sufficitque ad validum Matrimonium, licet parochus sit excommunicatus vitandus; Ratio est; quia parochus assistens Matrimonio non exercet actum Jurisdictionis nec voluntariæ nec contentiosæ aut coactivæ, sed tantum implet conditionem à Concilio Trident requisitam, ut tanquam testis publicus assistat sacramentali contractui, neque est verus Judicia is testis, sed tantum reddit se aptum, ut possit suo tempore de Matrimonio in sua præsentia contracto testimonium dare, ex eadem ratione talis parochus etiam potest alteri Sacerdoti validè concedere licentiam, ut Matrimonii suorum parochianorum assistat: quia concessio talis licentiæ non est actus Jurisdictionis ecclesiasticæ, alter actus est admissio ad professionem religiosam & hæc etiam videtur valida, licet admitteus sit excommunicatus vitandus: quia non est actus Jurisdictionis spiritualis, sed cujusdam Superioritatis.

tis, etiam Abbatissis, quæ alias Jurisdictionis ecclesiasticæ sunt incapaces, competentis.

§. 3.

De privatione communicationis forensis, & civilis per excommunicationem.

Nota: nomine communicationis forensis intelliguntur actus personæ publicæ. Imprimis in Judicio nempè Judicis, Actoris, Advocati, Procuratoris, Notarii, testis & rei tum extrà Judicium in officiis publicis, ut in munere tutoris, curatoris & similium, quorum exercitium per se fit sine interventu Jurisdictionis; communicatio civilis consistit tum in contractibus tum in conversatione.

DICO Ecclesia in excommunicationis sententia... *inqu* antum aliquem à communionem fidelium separat, ut erubescat, imitatur divinum Judicium, quo per flagella castigat S Th. in suppl. Q 21. A. 2. O.

Explicatur & probatur: non tantum Ecclesia subtrahit fidelibus contumacibus spiritualia bona, quibus juventur, sed etiam usum quemcunque rerum temporalium, quo cum aliis fidelibus formaliter communicat, interdixit: quia talis prohibitio, quæ tum actus forenses, tum executio quorundam munerum, tum generaliter quævis civilis conversatio cum aliis eisdem subtrahitur, conducit maximè ad frangendam hominis baptizati contumaciam, ut scilicet pudore suffusus redeat ad cor, *ut spiritus salvus sit in die Domini nostri JESU CHRISTI* ut inquit Apost. 1. Cor. 5. v. 5.

Obj. Ecclesia excommunicatione non potest privare nisi bonis Ecclesiæ Jurisdictioni subjectis, atqui Jurisdictio temporalis, contractus civilis, conversatio politica, munus tutelæ, curatelæ &c. non sunt bona ecclesiasticæ Jurisdictioni subjecta: quia
fuit

sunt merè temporalia ad finem naturalem ordinata, potestas autem ecclesiastica est circa ea, quæ sunt ordinata ad spiritualem animarum salutem.

R. Distinguendo Maj. Ecclesia non potest privari bonis suæ Jurisdictioni tantum directè subjectis N. vel directè vel indirectè subjectis Con. similiter distinguitur Mi. quidquid Ecclesia de temporalibus disponit circa laicos fideles, ordinatur ad spiritualem fidelium salutem, cui usus enumeratorum bonorum temporalium debet esse subordinatus, undè Ecclesia directè & ex proprio fine disponens de spiritualibus, ex consequenti & ratione spiritualium habet potestatem circa temporalia juxtà alibi dicta.

Q. 1. Qualiter Judici, actori, advocato, testis, reo ob excommunicationem interdicitur communicatio forensis?

R. 1. Judex temporalis excommunicatus prohibetur exercere actus Jurisdictionis, ità ut si sit toleratus ex omnium D.D. sententia ejus acta teneant, si verò sit vitandus ex praxi communiter recepta sint invalida, cujus fundamentum sumitur ex Can. nos sanctorum 4. caus. XI. Q. 6. in quo Greg. VII. eos, qui excommunicatis fidelitate aut Sacramento constrikti sunt, apostolicà auctoritate à Sacramento absolvimus, & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem veniant. Deinde in cap. præfidentes 6. de hæret. in 6. lib. 5. tit. 2. Alexander IV. specialiter statuit ob favorem fidei præfidentes regimini alicujus regni, provincie sive loci, licet excommunicati vel de facto tantum & non de jure Jurisdictionem habentes ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum aut inquisitorum Hæretica pravitatis non valentium sine mora dispendio vel negotii periculo recursum habere ad superiores... possunt & debent contra Hæreticos, credentes,

*dentes, factores, receptatores & defensores, eorum
Justitiam & suum officium exercere, ergo extrà hunc
casum validè Jurisdictionem exercere non possunt;
cum exceptio firmet regulam in contrarium.*

2. *Judex excommunicatus toleratus sicut & actor
repelli potest exceptione excommunicationis, quam
in omni parte judicii facere licet ex cap. exceptio-
nem 12. de except. in qua exceptione debet exprimi
species excommunicationis majoris, & illius author,
& probari a pertissimis probationibus infrà octo dies
ità computandos, ut dies etiam feriales veniant sub
isto termino cap. pia 1. de except. in 6. l. sive pars 3.
cod. de dilat. lib. 3. tit. 11. & l. 1. ff. de fer. lib. 2.
tit. 12. quia enim multi sæpè & malitiosè excom-
municationem opponebant, hæc dilatio juxtà Gl.
V. octo dierum augustanda fuit, quod si opponens
excommunicationem defecerit in probatione, tene-
tur reo ad omnes expensas ob dilationem factas cit.
cap. pia, quoad actorem tamen exceptione excom-
municationis repellendum dicta non tenent in casu,
quo probare velit nullitatem excommunicationis
vel ob intolerabilem errorem vel ob interpositam
legitimam appellationem. Tunc enim justæ defensio-
nis ratio non permittit, ut actor pro tali casu repel-
li possit, quia etiam excommunicatus à Judicio re-
pelli nequit, dum ad sui defensionem duntaxat inter-
venit: *cum excommunicato, quando in causa abso-
lutionis existit, non sit justa deneganda sententia cap.
cum inter 5. de excep. J. cap. dilecti filii 8. eod. tit.
quod si actor excommunicatus toleratus à parte ad-
versa non repellatur, non potest ab alio excludi,
secus est in excommunicato vitando, utpote quem
Judex tenetur ex officio à Judicio repellere cap. ex-
ceptionem 12. de except. undè Alex. IV. in cap. de-
cernimus 8. de sent. excom. in 6. decernimus, ut Ju-**

dices

*dices fa
cis jud
commu
in suis
patet
lentos
cere Ju
clesit
dum
3.
exco
non
exco
quib
patr
nem
mur
ibi:
app
ratu
lidè
dun
lore
Jud
tur f
facta
com
4.
rati
& p
con
dem
cipi
mun
refis.*

dicēs saculares per censuram ecclesiasticam ab ecclesiasticis Judicibus canonicā monitione pramissā repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando & testificando in suis curiis & judiciis compellantur. Ex quo textu patet obligatum esse Judicem sacularem ad repellendos excommunicatos non toleratos & si illud facere Judex sacularis dissimulet, debet à Judice ecclesiastico ad excommunicatum à Judicio repellendum compelli.

3. Post Concilium Constantiense potest advocatus excommunicatus non vitandus ad petitionem alterius non excommunicati officio suo fungi; secus est de excommunicato vitando; licet verò non liceat ad requisitionem etiam fidelium excommunicato vitando patrocinari, attamen acta ejus sicut & actoris tenent, dum non repellitur per exceptionem excommunicationis, colligitur ex cap. pia 1. de except. in 6. ibi: *iis, quæ præcesserunt, in suo robore duraturis*, hæc applicanda sunt Notario hoc modo: si sit toleratus, potest ad petitionem fidelium & licitè & validè conficere instrumenta, quæ ad probationem duntaxat sunt necessaria, instrumenta verò ad valorem actus requisita ut in testamento ac definitiva Judicis sententia, cum in illis irrefragabilis requiratur firmitas per excommunicatum etiam toleratum facta sunt invalida; uti etiam plures sentiunt de excommunicato non vitando quoad alia instrumenta.

4. Testimonium judiciale excommunicati tolerati licitum & validum est, si partes consentiant, & per exceptionem non reprobetur, verum si sit excommunicatus vitandus, ejus testimonium est quidem illicitum, sed probabilius validum, donec excipiatur, ut tum ex cap. piā cit. tum ex cap. excommunicamus 13. §. credentes 5. de hæret. ubi ob hæreticis fautoriam excommunicatorum per annum in

excommunicatione infordescantium testimonium declaratur irritum, ergo ob alias causas excommunicati validè testificantur, nisi repellantur.

Neque obest can. nullus 6. caus. III. Q. 4. ubi dicitur nullum Anathematizatorum esse suscipiendum, nec à quoquam esse credenda, quæ ab eis dicuntur, vel scribuntur; quia ex hoc tantum concluditur testimonium esse irritabile exceptione partium.

Neque obstat cap. excommunicamus cit. quia hoc in excommunicato ob hæresin aut fautoriam Hæresis speciale est, quod testimonium ipsius sit nullum, illud certum est, non tantum validè, sed etiam licitè testificari in causa fidei excommunicatum vitandum cap. in fidei favorem §. de hæret. in 6. & licet hoc aliqui extendant ad causam matrimonialem, rectius tamen videtur ad solum istum casum esse restringendam; cum enim sit exceptio à regula generali, non debet ad casus non exceptos extendi.

§. Reus excommunicatus etiam vitandus non potest quidem pro suo libero arbitrio & comodo stare in Judicio, trahi tamen potest ad iudicium, ne ex sua excommunicatione commodum reportet ex cap. intelleximus 7. de jud. lib. 2. tit. 1. tunc autem compatens in Judicio licitè & validè utitur omnibus juris remediis ad defensionem suam necessariis interpositâ etiam appellatione, si opus sit, ex cap. cum inter §. & cap. dilecti 11. de except. nec potest duntaxat per procuratorem, sed etiam per se ipsum comparere ac respondere in Judicio.

Non obest: quod incit. cap. intelleximus; dicatur: *debet per alium respondere in iudicio*; quia particula *debet* importat debitum convenientiæ, non necessitatis: est enim ad effectus excommunicationis magis observandos convenientius, ut talis excommunicatus respondeat per aliû; cum alioquin in cap. dilecti filii cit. & cap. ult. de

ule. de except. absolutè permittatur, ut possit excommunicatus respondere in iudicio.

Q. 2. Qualiter excommunicatio privat communionem in officiis publicis?

R. Per se loquendo usus officiorum publicorum excommunicatis illicitus est: quia usus talium officiorum est communicatio quædam cum fidelibus, hinc excommunicatis toleratis non nisi ad aliorum utilitatem ac petitionem saltem virtualem licitus est. Attamen actus vi talium officiorum exerciti nullibi reperiuntur irritati, & quidem cum officia Tutoris Curatoris & Hospitalarii publicâ quidem authoritate, attamen in privatam utilitatem constituentur, actus ejusmodi officiorum sicut etiam Procuratoris & Advocati non ipso jure sunt irriti, sed per exceptionem tantum veniunt irritandi.

Q. 3. Qualiter arcetur excommunicatus à Communionem Civili tum contractuum tum conversationis?

R. 1. Licet non liceat excommunicatis cum aliis Contractus inire: quia contrahendo hominum Communionem utuntur, nihilominus validè contrahunt excommunicati etiam vitandi, quia si naturaliter requisita ad valorem actus adsint, non debet asseri irritatio actus sine solido fundamento, sed nullum existit jus irritans Contractus ab excommunicato etiam vitando celebratos: nam licet stante excommunicatione repellendus sit à iudicio, non sequitur ipsi nullam competere actionem ex Contractu, sed itam posse duntaxat elidi exceptione excommunicationis, ita tamen, ut post absolutionem excommunicationis exceptione cessante possit jus & actionem suam ex contractu partam efficaciter prosequi undè Contractus tempore excommunicationis authoritate etiam publicâ celebrati omnino validi sunt, pariuntque obligationem contrahentis, uti colligitur ex Can. quoniam 103. Caus. XI.

Q. 3. In quo Greg. VII *Quicumque Orator sive Peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere vel non habeat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus*, exemplum de Venetis excommunicatis est in Cap. si verè 34. de sent. excomm. *Est cautum in jure, quod si quisquam per terram hereticorum aut quorumlibet excommunicatorum transierit, necessaria emere ac recipere poterit ab eisdem*: aliud Exemplum est in Cap. inter dilectos 8 de donat. lib. 3. tit. 24. in quo refertur donatio ab excommunicatis facta nec tanquam invalida reprobatur. Ex quo Capite præcisè ob excommunicationem non irritatur (exceptis specialibus quibusdam casibus, de quibus 2. 2. Disput. XXXIV. Q. III.) Testamentum excommunicati, licet illicitè agat communicando cum Testibus & Notario.

2. Prohibita est excommunicatis omnis Politica & Civilis conversatio cum aliis in illis actibus, quibus homines adinvicem communicare solent, qui comprehenduntur his versibus à S. Th. in suppl. Q. 21. A. 1. O. allegatis:

Si pro delictis anathema quis efficiatur.

Os, orare, vale, Communio, mensa negatur.

Per *os* intelligitur osculum pacis, munerum missio & receptio & generaliter quodlibet benevolentiae signum & specialiter locutio cum excommunicato etiam per litteras, nutus, internuntium. Per *orare* prohibita censetur quælibet participatio cum excommunicato in Sacramentis, in officiis divinis, in sacrificio missæ &c. Per *vale* prohibetur quælibet honorifica salutatio juxta id 2. Joan. v. 10. *Nec ave ei dixeritis*: an autem prohibeatur salutatio, quæ non fit animo salutandi, sed ne inurbanus videaris v.g. assurgere excommunicato, Caput aperire, locum concedere: dubitatur, sententia negativa videtur securior probabilior & in praxi tenenda

da & c
tio & h
signific
nicatio
victu,
ticipati
ordinat
niant,
patio r
mo, in
Q
muni
canre.
R.
ni an
vinis
rectè
in div
vi, e
cepru
comr
econ
bus,
per se
secun
biliter
dam g
ligitu
dem
enim
ctio
stru
dira e
2,
in crim

da & consulenda : eò quod talis salutatio sit vera saluatio & hinc prohibita. Per *Communione* & *mensam* significatur & prohibetur quælibet societas & communicatio in negotiis peragendis, in habitatione, in Convictu, in itinere, in mensa &c. Debet autem participatio esse formalis, id est : ex destinata intentione ordinata ut plures per modum unius ad idem conveniant, undè non prohibetur communicatio & participatio materialis, qualis est, si quis casu in eadem domo, itinere & mensa incidat.

Q. 4. Qualiter peccant tum excommunicati communicantes cum fidelibus, tum ipsi fideles communicantes cum excommunicatis ?

R. 1. Excommunicati cum fidelibus publicè communicantes sine causis excusantibus in Sacramentis & divinis officiis peccant mortaliter, quia principaliter, directè & per se privat excommunicatio Communionem in divinis, & est præceptum Ecclesiæ in materia gravi, ergo excommunicati ingerendo se divinis hoc præceptum transgredientes graviter peccant, idem est si communicent in usu jurisdictionis Ecclesiasticæ; econtrà si tantum communicent in politicis & Civilibus, non nisi venialiter peccant: quia non directè & per se hæc communicatio prohibita est, sed tantum secundariò, estque ita frequens & obvia, ut rationaliter credi non possit, quod Ecclesia ad illam vitandam graviter obligare velit: quoad Concionem, colligitur ex Cap. responso 43. de sent. excom. Quod eisdem excommunicati sine peccato adesse possint, hæc enim directè ordinatur ad salutem (aliud est de lectione Theologicâ quæ juvat per se & directè ad instructionem intellectus) excommunicatorum, ut aucta exhortatione resipiscant.

2. Fideles communicantes cum excommunicatis in crimine criminoso, sive ob quod excommunicati

sunt, absque dubio mortaliter peccant eandemque excommunicationem incurrunt ex Cap. si Concubinæ 55. de sent. excom. Et Cap. statuiimus 3. eod. tit. in 6. Si excommunicatio sit lata in excommunicatum & participantem cum eo, fideles communicantes saltem post trinum (quidam volunt sufficere unam pro tribus dato competenti intervallo) monitionem incurrunt eandem excommunicationem ex Cap. quod in dubiis 30. de sent. excom. In quo Innoc. III. *Illi autem, qui nominatim excommunicatis presumptuose participant. . . nisi ab eorum participatione communiti forte destiterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi: secus autem si scienter ei communicant: qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententialiter innodatus: tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurrunt.*

Q. 5. Ex quibus causis licet communicare cum excommunicato vitando?

R. Causæ, ex quibus cum excommunicato etiam vitando communicare licet, comprehenduntur hoc versu relato in suppl. Q. 23. A. 1.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Per *utile* intelligitur utilitas spiritualis & temporalis tum excommunicati tum fidelium, unde ex hac causâ licet salutaria Consilia excommunicato præbere, Concionem coram ipso facere, petere Consilium ab excommunicato, dum alius æquè bonum Consilium non creditur suggesturus, potest licitè excommunicatus dare elemosynam, ab eoque licitè recipi, dum non æquè commodè ab alio impetrari potuit, licet debitum ei solvere & ab eo exigere ex Cap. responso 43. de sent. excom. Can. quoniam multos 103. Causa XI. Q. 3. Per *Lex* intelligitur lex matrimonii vel obligatio, quæ est inter Conjugatos, ratione cuius excusatur communicatio Uxoris cum Marito ex-

com-

comm
quoad
vione
ex Ca
Greg.
culo ha
uis, at
rei & o
rum ce
ter ex
comm
nicat
de fe
pitule
catio
nere
contri
bene
noxi
& it
quâ
tant
nicat
men
mari
in u
in ali
hic e
cato
com
prob
Can
est c
etiam
Hum

communicato, tam quoad petitionem debiti, quam
 quoad commune Consortium in mensâ, in gubernatione
 domûs, Colloquiis, aliisque domesticis rebus
 ex Can. quoniam multos cit. *Causa XI. Q. 3.* In quo
 Greg. VII. *Apostolicâ auctoritate ab anathematis vinculo
 hos subtrahimus: videlicet uxores, liberos, ser-
 vos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos servientes
 & omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eo-
 rum consilio scelera perpetrentur & eos, qui ignoranter
 excommunicatis communicant, sive illos, qui
 communicant cum eis, qui excommunicatis commu-
 nicant.* Qui Canon exponitur in Cap. inter alia 31.
 de sent. excom. *Cum quadam Persona in premissis Ca-
 pitulo denotata, illis, in quos lata fuerit excommuni-
 cationis sententia, ante prolationem ipsius obsequio te-
 nerentur familiariter adherere, neque postmodum ad
 contrarium teneantur (cum adhuc debitum daret)
 beneficio Canonis id agente, à priore non sunt ob-
 noxietate soluta, sed ad familiare tenentur obsequium,
 & ita per consequens ad communionem tenentur, sine
 quâ illud nequeunt exhibere.* Porro licet mentio
 tantum fiat in Can. quoniam multos cit. de commu-
 nicatione uxoris cum marito excommunicato, at-
 tamen intelligendum quoque est de communicatione
 mariti cum uxore excommunicatâ, quia dispositum
 in uno correlativo etiam censei debet esse dispositum
 in alio, quando eadem de utroque est ratio, sicuti
 hic est; hinc e contra ipsi uxori & marito excommuni-
 cato licet in prætatis communicare cum Coniuge, si ex-
 communicatio non ob causam matrimonii v. g. ob
 probabile hujus impedimentum sit lata, quia in cit.
 Can. quoniam multos. Communicatio inter conjuges
 est concessa ob periculum incontinentiæ, quæ ratio
 etiam militat ex parte conjugis excommunicati. Per
Humile intelligitur humilitas subjectionis, vi cujus
 con-

conceditur famulis communicatio cum suis Dominis excommunicatis, quando ante excommunicationem contraxerunt subjectionem ex cap. inter alia cit. de sent. excomm. imo licet sine necessitate scienter tempore excommunicationis hanc communicationem contraxerint, nihilominus videntur excusari, si communicent cum Dominis excommunicatis, quia indifferenter videtur famulis in Can. cit. quoniam multos *Causa XI. Q. 3.* concedi talis communicatio quæ concessio per cap. inter alia cit. de sent. excomm. quoad hoc non est sublata; licet autem vasalli non debeant cum Dominis directis excommunicatis aliàs communicare, attamen obligantur vi Domini directi ad præstanda obsequia & ad debiti tributi solutionem. Ex hac causâ quoque excusatur communicatio Filiorum (quo nomine intelliguntur tam legitimi & adoptivi quam naturales, item nepotes, pronepotes, affines, uti & gener, nurus, privignus & privigna pupilli & minores respectu tutoris & curatoris; quia hæc concessio est favorabilis) cum parentibus, item familiarium cum *Patrefamilias*, militum cum excommunicato suo duce in causâ belli communicatio. Item si Clericus cum Episcopo, in cujus est famulatu tempore excommunicationis, vel religiosus cum suo superiore excommunicato communicet arg. cap. si verè 34. de sent. excomm. ob eandem causam ex *D. Th. in suppl. Q. 23. a. 1.* licet Domino seu *Patrifamilias* cum Filiis & servis excommunicatis communicare: quia verò hæc concessio est favorabilis & non restricta ad communicationem in civilibus, videtur etiam extendenda ad reciprocam communicationem quoad servitia in divinis etiam præstari solita, ita ut famuli possint non obstante excommunicatione Dominum comitari ad sacrum audiendum, & cum illo horas Canonicas privatim recitare, imo possunt famuli excommunicati sub eâdem fami-

famili
tare ob
res ig
juris si
affectu
multo
occurt
& pœr
tales p
resign
libet
mag
com

I
A
sunt
in C
Cuj
catio
pro l
II, in
crile
nach
sulo
absol
co co
piat.
Q
R
ordi
res te
runt
gular
gesten

familiâ constituti, utpote qui moraliter simul habitare obligantur, inter se quoque communicare. *Petres ignorata* intelligitur ignorantia quæcunque sive juris sive facti etiam vincibilis; modò non sit crassa & affectata, uti etiam conceditur in cit. Can. quoniam multos. Et probatur ex eo, quod ad animarum periculis occurrendum Pontifex in cit. Can. velit eximere à culpâ & pœnâ ignorantes, non ignorantiam invincibili: quia tales per se excusantur à culpâ & à pœnâ; ergo ignorantes ignorantiam vincibili. Per *necesse* intelligitur quælibet gravis necessitas spiritualis vel temporalis, si enim magna utilitas excuset, à fortiori magna necessitas communicantis vel excommunicati excusabit.

§. 4.

De quibusdam excommunicationibus in specie.

Aliquot reservatæ excommunicationes suprâ relatæ sunt Disput. XXVII. Q. II. inter has est ea, quæ fertur in Can. si quis suadente 29. Caus. XVII. Q. 4. Cujus explicatio huc remissa ut variis excommunicationibus à jure latis sed non reservatis præmittatur pro fundamento sint formalia cit. Can. lati sub Innoc. II. in Con. Lateran. *Si quis suadente Diatolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum vel monachum violentas manus injecerit, Anathematis vinculo subjaceat & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui presentetur & ejus mandatum suscipiat.*

Q. I. Quinam hic veniant nomine Clerici?

R. Nominè Clerici veniunt non tantum illi, qui ordinem Sacrum habent, sed etiam qui ordines minores receperunt, imò & qui primâ tantum tonsurâ fuerunt initiati, etiam excommunicati, suspensi & irregulares aut verbaliter depositi, licet communiter non gestent tonsuram & habitum Clericalem, nec alicui Eccle-

Ecclesiæ ex licentiâ Episcopi addicti sint vel in aliquâ Academiâ publicè litteris vacent quia Concilium Trid. sess. 23. de reform. Cap. 6. cui sententia negans innitur, tantum disposuit de privilegio fori, consequenter privilegium Canonis relictum est in statu juris communis.

Q. 2. Quinam Clerici non gaudeant hoc privilegio?

R. Ab hoc privilegio excluduntur Primo Clerici conjugati habitum & tonsuram non deferentes, nec alicujus Ecclesiæ servitio ex deputatione Episcopi adscripti ex cap. un. de Cler. conjug. in 6. lib. 3. tit. 2.

2. In minoribus constituti Bigami bigamiâ verâ & interpretativâ non autem fictâ & similitudinaria ex cap. un. de Bigam in 6. lib. 1. tit. 12.

3. Illi qui habitu Clericali deserto gravibus facinoribus se immiscunt ex cap. perpendimus 23. cap. cum non ab homine 14. de sent. excomm.

4. Joculatores Goliardi aut bufones per annum huic ignominioso officio vacantes ex cap. un. de vit. & honest. Clericorum in 6. lib. 3. tit. 1.

5. Illi qui ter ab Episcopo moniti habitum Clericalem depositum non reassumunt vel ab officio vili non desistunt, vel qui sæcularibus negotiis se immiscunt ex cap. in audientia 25. cap. contingit 45. de sent. excom. & Clement. 1. de vit. & honest. Cler. lib. 3. tit. 1.

Q. 3. Quinam in cit. Can. intelliguntur nomine monachi?

R. Nominè Monachi intelliguntur religiosi utriusque sexûs tam verè professi quam alii vocati conversi, qui in aliquibus religionibus veram professionem non emittunt, imò novitii, utpote in viâ ad suscipiendam religionem constituti. Item Fratres tertii ordinis S. Francisci aut Dominici in cõmunitate vitam agentes

&

& habitum religiosum gestantes, non autem in propriis domibus commorantes. Equites S. Joannis Hierosolymitani, qui tanquam veri religiosi absolutam castitatem paupertatem & obedientiam vovent, quoad alios equites & commendatarios, qui tria vota substantialia non emittunt, attendenda est consuetudo.

Q. 4. Quinam comprehenduntur nomine eorum, qui violentas manus injiciunt, ut hanc censuram incurrant?

R. 1. Omnes, qui physicè in personam Clerici injuriosam externam actionem exercent ipsum corpus lædendo vel res ejus corpori adhærentes violenter atrectando, quales sunt occidentes, mutilantes, percutientes, vulnerantes quocunque demum instrumento; Clericum violenter in carcere privato vel publico aut alio loco detinentes, eundem hostiliter insequentes ut ex tali insecutione præceps agatur vel aliud damnum corporale patiat; Clericum conspuentes, pulvere conspergentes, vestimenta, quibus indutus est dilacerantes, aut vi abstrahentes, equum aut currum, cui insidet, injuriosè retardantes. Probatur hæc deductio ex cap. nuper 29. de sent. excom. in quo Innoc. III. de laicis sine læsione corporali Clericos in custodiâ publicâ vel privatâ detinentibus vel etiam in vincula detrudentibus: *Non credimus laicos pœnam excommunicationis evadere, quamvis per eorum factum corporalis læsio non fuerit subsequuta, citrà quam violentia sapiùs cirrà Clericos nequiter perpetratur.* Imò Clericus ex furore & impatientiâ seipsum occidens, mutilans, vulnerans censuram excommunicationis ligantis etiam mortuum incurrit; quia reverà violentas manus injicit in Clericum.

2. Illi qui moraliter ad violentiam personæ Clerici illatam concurrunt, ut: mandantes, si vi mandati non revocati efficaciter violentia sit subsequuta ità cap. mulie-

res 6. §. 1. de sent. excom. *Illi verò, qui non per seip-
 sos, sed eorum auctoritate vel mandato alii violentè
 injiciunt manus in Clericos ad sedem Apostolicam sunt
 mittendi: cum is committat verè, cujus auctoritate
 vel mandato delictum committi probatur. Consen-
 tientes ex cap. quantæ 47. de sent. excom. & qui, cum
 ex justitiâ sint obligati ad violentiam impediendam ean-
 dem, cum possint, non impediunt. Dicit enim Innoc. III,
 in cap. cit. *Eos delinquentibus favere interpretamur,
 qui cum possint, manifesto facinori desunt obviare.*
 An autem ille, qui tenetur impedire excharitate & non
 impedit, incurrat censuram, controversitur: ratio sen-
 tentiæ negantis est: quod talis non concurrat morali-
 ter negativè cum injuriâ, quæ supponit obligationem
 justitiæ. Denique speciale est in hoc Casu, quod de rati-
 habentibus statuitur in cap. cum quis 23. de sent. ex-
 com. in 6. *Cum quis absque tuo mandato manus injicit
 in Clericum tuo nomine* (Gl. tui contemplatione servi-
 tor vel amicus tuus Clericum, qui tibi injuriam realem
 vel verbalem intulerat, percussit: quem tu postea ra-
 tum habendo receptasti & magis amicum habuisti)
*Violentas, si hoc ratum habueris, excommunicationem
 latam à Canone incunctanter incurris* (Gl. scilicet ex
 quo ratum habuit, non ex tunc, quo fuit facta injectio)
*cum rati habitio retrahatur & mandato debeat com-
 parari. Si verò injectio eadē tuo nomine non sit facta, tunc
 licet pecces ratam habendo eandem, non tamen propter
 hoc excommunicationis ullius vinculo innodaris: cum
 quis ratum habere nequeat, quod ejus nomine non est
 gestum.**

Q. 5. Quænam causæ excusant, ne violentas ma-
 nus in Clericum vel monachum injiciens incurrat ex-
 communicationem reservatam?

R. Ex sequentibus causis percussio Clerici ab ex-
 communicationis incurfione excusatur.

Pri-

Prima causa est excusans à peccato mortali sacrilegii, quod fit tum ex parvitate materiæ, tum ex defectu pleni voluntarii, dum ex subitâ passione citra perfectam malitiæ advertentiam, vel causa joci aut ludi Clericus etiam gravius percutitur arg. Cap. 1. de sent. excomm. ex qua causa etiam excusatur ignorans esse Clericum, quem percutit, licet intenderit, si obvium haberet Clericum percutere: cum hæc intentio hic mora ter non possit influere in externam percussione[m] aut ignorantiam; hæc causa ignorantie exprimitur in Cap. si verò 4. de sent. excom. *Si verò aliquis in Clericum nuriem comam manus injecerit violentas, propter hoc non debet Apostolico presentari conspectui, nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipsum esse Clericum ignoraverit. Vel si hoc dubium fuerit: propria manu duntaxat prastiterit juramentum, quod eum esse Clericum ignorasset.*

Secunda causa excusans est causa defensionis, dum ex necessitate defendendi propriam vel alienam salutem, famam, honorem vel bona fortunæ quis percutit Clericum aggressorem Cap. ex tenore 10. de sent. excom. & Cap. dilecto 6. eod. tit. in 6 hinc mulieri licet percutere Clericum tentantem suam pudicitiam, dum aliâ viâ averti non potest, nec excommunicationem incurrit expellens Clericum vi ex domo injustè occupatâ vel sede iniquè usurpatâ.

Tertia causa excusans est causa correctionis, ob quam prælato Ecclesiastico & Magistro licet Clericum etiam in sacris constitutum punire, prout ratio culpæ & qualitas personæ postulat & consuetudo approbat ex Cap. 1. Cap. ex tenore 10. Cap. cum voluntate 54. §. 2. de sent. excomm. in hac tamen correctione quatenus consuetudo legitima non est contraria (ex quâ introductum est, ut Prælati Ecclesiastici Clericos per laicos capere, incarcerare, torquere & punire possint, ne aliàs ma-

III. Partis Theol. Schol. suppl. T neant

neant plura scelera impunita) attendi debet. Cap. universitatis 24. de sent. excomm. vi cuius inhibitor, ne praelati illam punitionem faciant per alium, nisi urgente necessitate, & tunc quidem per Clericum non autem per laicum, insuper posse in minoribus ordinibus constitutos, si officium divinum perturbent, puniri leviter constat ex Cap. cum voluntate cit. de sent. excomm. ubi hæc ad Filium Clericum moderatè puniendum facultas conceditur etiam Patri imo & consanguineis Clericum talem sibi subiectum habentibus; non tamen admittenda videtur aliquorum extensio ad Filios in sacris constitutos, eò, quod allegatum Cap. cum voluntate: non nisi respectu Clerici in minoribus ordinibus constituti faciat exceptionem à Can. si quis suadente.

Quarta causa excusans est difficultas temperandi dolorem & vindicandi impetum cohibendi in eo, qui videt suam uxorem Matrem sororem aut Filiam à Clerico turpiter pollui, non duntaxat per actum fornicationis, sed etiam per oscula aliosque turpes actus; tunc enim, licet in percussione talis Clerici peccetur mortaliter, jus tamen Canonicum in detestationem criminis & ob difficultatem temperandi dolorem, cohibendique vindictam non vult percussione incontinenti factam in illo casu affici censurâ excommunicationis, ità Alex. III. in Cap. si verò 3. de sent. excom. *Nec ille compellendus est ad sedem Apostolicam venire, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, vel Filiâ propriâ turpiter inventum manus injecerit violentas. . . Verùm si in stupro, vel adulterio, quod committit cum eâ, qua ipsum ità proximâ consanguinitatis lineâ non contingit, ceperit, aut in eum violentas manus injecerit, non erit à sententiâ illius excommunicationis immunis.*

Præter excommunicationes reservatas superiùs enumeratas

meratas continentur plures in corpore juris & speciali-
bus summorum Pontificum constitutionibus excommu-
nicationes non reservatæ, quarum hæ sunt præcipuæ.

1. Continetur in Can. hanc consuetudinem 15.
Caul. X. Q. 1. contra laicos usurpantes temerariè obla-
tiones in Ecclesiâ factas, de quâ tamen meritò dubita-
tur an sit usu recepta, & an sit lata vel ferendæ senten-
tiæ: cum verbâ illa: *Sub Anathematis vinculo sit col-
ligatus & condemnatus.* Possint commodè intelligi
de colligatione & condemnatione per sententiam fa-
cienda.

2. Ferrur in Cap. quoniam 14. de off. ord. lib. 1.
tit. 31. excommunicatio in eos, qui aliter ac ab Epif-
copo, qui præest civitati vel diœcesi diversarum lingua-
rum & rituum populos complectenti constitutus se in
ejus vicariatum ingesserit; itâ enim textus: *Si propter
predictas causas urgens necessitas postulaverit, Pon-
tifex loci Catholicum præsulem nationibus illis confor-
mem, providâ deliberatione constituat sibi vicarium
in predictis, qui ei per omnia sit obediens & subjectus.
Unde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se
noverit macrone percussurum.*

3. Excommunicatio fertur in sacerdotes, qui habent
officium vicecomitis aut præpositi sæcularis & commo-
niti non destiterint illudque officium depoluerint Cap.
Clericus 5, ne Cler. vel mon. lib. 3. tit. 50.

4. Est excommunicatio religiosorum imò & sacer-
dotum sæcularium duorum mensium spatium in publicâ
saltem scholâ audientium jus civile aut medicinam. Itâ
de religiosis in Cap. non magnopere 3. ne Cler. vel
mon. *Statuimus, ut nulli omnino post votum religio-
nis & post factam in aliquo loco religioso professionem
ad physicam (medicinam) legesque mundanas legendas
permittantur exire. Si verò exierint & ad claustrum
suum intra duorum mensium spatium non redierint,*

sicut excommunicati ab omnibus evitentur. Quæ constitutio in Cap. super specula 10. eod. tit. extenditur ad Archidiaconos, Decanos, plebanos, præpositos, Cantores & alios Clericos personatus habentes nec non Presbyteros intra duos menses non cessantes audire leges vel physicam: solent tamen universitates specialia habere privilegia.

5. Fertur excommunicatio in eos, qui gravant electores Ecclesiasticos vel consanguineos eorum aut ipsas Ecclesias, monasteria seu loca cætera beneficiis sive aliis bonis suis per se vel per alios spoliando, seu alios injustè persequendo, eo quod noluerint eligere, pro quo erant rogati in Cap. sciant cuncti 12. de elect. in 6.

6. Est eorum, qui vocati ad dirigendas monialium electiones, si in his aliquid egerint, ex quo possit oriri discordia ex Cap. indemnitatibus 43. §. postremo 4. de elect. in 6.

7. Excommunicantur litigantes, qui procurant, ut conservatores potestatis sibi traditæ limites excedant Cap. hâc constitutione de off. delegati in 6.

8. Qui extorquent revocationem alicujus censuræ excommunicantur in Cap. absolutionis un. de iis, quæ vi metûsve &c. in 6. lib. 1. tit. 20.

9. Est Judicium seu Dominorum temporalium præcipientium subditis suis, ne aliquid personis Ecclesiasticis vendant aut emant ab eisdem Cap. ult. de immunit. Eccles. in 6. lib. 3. tit. 23.

10. Est religiosorum habitum suæ religionis temerè dimittentium vel ad studia sine debita licentiâ accedentium Cap. ut periculosa 1. ne Cler. vel Monachi in 6. in quo additur: *Doctores quoque sive magistri, qui religiosos habitu suo dimisso leges vel physicam audientes scienter docere aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili eoispo sint sententiâ innodati.*

11. Excommunicatio est eorum, qui scienter præsumunt

sumunt sepelire hæreticos eorumque fautores (post Conc. constan. nominatim denunciatos) Cap. quicumque 2. de hæret. in 6.

12. Est Dominorum temporalium cognoscentium ac iudicium ferentium de crimine hæresis Cap. ut inquisitionis 18. de hæret. in 6.

13. Est Clericorum locantium domos usurariis alienigenis Cap. usurarum de usur. in 6.

14. Est concedentium repressalias contra personas Ecclesiasticas Cap. un. de injur. in 6. dicuntur autem repressaliæ, quando una persona in se vel in suis bonis gravatur ratione debiti ab aliâ personâ contracti vel injuriæ ab aliâ illatæ.

15. Est sepelientium mortuos tempore interdicti vel excommunicatos sive manifestos usurarios ex Clem. 1. de sepult.

16. Est Monachorum adeuntium curias principum animo nocendi suis monasteriis aut prælatis, item tenentium arma inter septa monasterii Clem. ne in agro 1. §. quia verò 5. de statu Monach.

17. Est contrahentium matrimonium intra gradus prohibitos vel cum monialibus vel cum impedimento religiosæ professionis aut factorum ordinum Clement. un. de consanguinit. & affin.

18. Est officialium communitatum, qui usuris favent Clement. un. de usur.

19. Impedientium legatos sedis Apostolicæ, ne in regna vel provincias, ad quas missi sunt, ingrediantur vel officia ibi liberè exercent extravag. un. de consuetud. inter com.

20. Est Prælatorum alienantium bona Ecclesiæ sine debitâ solemnitate extrav. ambitiosæ un. de rebus Eccles. non alienand.

Præter has in Corpore juris clausas excommunicationes non reservatas in novissimo Concilio Trident. continentur sequentes similiter non re-

servatæ excommunicationes: sess. 4. in decreto de edit.
 & usu sacrorum librorum continetur excommunicatio
 eorum, qui imprimunt vel imprimi faciunt, vendunt
 aut retinent libros de rebus sacris tractantes sine nomi-
 ne Authoris & approbatione ordinarii. sess. 13. de Eu-
 char. Can. 11. excommunicantur pertinaciter asseren-
 tes vel prædicantes, quod communioni non sit præ-
 mittenda confessio peccati mortalis. sess. 24. de reform.
 matr. Cap. 6. excommunicantur raptores fœminarum
 eisque consilium, auxilium vel favorem præbentes,
 ead. sess. Cap. 9. cogentes directè vel indirectè subdi-
 tos suos, quominus liberè matrimonium contrahant,
 sess. 25. de regular. Cap. 5. excommunicantur illi,
 qui sine Episcopi vel superioris licentiâ in scriptis obren-
 tâ præsumunt ingredi intrâ septa monasterii monialium,
 ibid. Cap. 18. excommunicantur cogentes extrâ casus
 à Jure permisos mulieres ad statum religiosum, vel
 consilium auxilium vel favorem ad talem coactionem
 dantes, & præsentiam vel auctoritatem coactæ professio-
 ni scienter præstantes, item mulieres à statu religioso
 impediens sess. 25. de reform. Cap. 19. excommu-
 nicantur illi, qui locum dant in suis territoriis duello,
 qui in duello pugnam commiserint, & qui eorum pa-
 trini vocantur, qui consilium in causâ duelli tam in
 Jure, quam in facto dederint, aut aliâ quâcunque ra-
 tione ad id quemquam suaserint, etiam duellantium
 spectatores.

Denique in specialibus summorum Pontificum
 constitutionibus hæ sunt excommunicationes non
 reservatæ: in Bulla Pii IV. quæ incipit: in sacrosan-
 cta 88va, relata tom. 2. Bull. excommunicantur
 Doctores alique habentes facultatem doctorandi
 permittentes aliquem gradu insigniri vel cathedram
 obtinere non præmissa professione fidei. In Bulla
 Leonis X. quæ incipit: intermultiplices 11. relata tom.

1. Bull. excommunicantur religiosi, Ecclesiastici & seculares, qui scienter & malitiosè impugnant verbo vel scripto montes pietatis juxtà formam ab ipso Leone X. præscriptam constitutos: in Bulla Pauli II. quæ incipit: cum in omnibus 2. relata tom. 1. Bull. excommunicantur delegati sedis Apostolicæ Episcopis inferiores concedentes alienationes bonorum Ecclesiasticorum in damnum Ecclesiæ, dolosè verò talem alienationem procurantes incurrunt excommunicationem reservatam. In Bulla Pii IV. quæ incipit, etsi romanum 96ta. relata tom. 2. Bull. excommunicantur nuntii alique missi à Pontifice ad imperatores reges & principes, si ab eis litteras & indebitos favores impetrent ad obtinendas à romano Pontifice dignitates. In Bulla ejusdem Pii IV. confirmatoria Con. Trid. quæ incipit: benedictus Deus: & in fine ejusdem Con. refertur, excommunicantur omnes non Prælati, qui ex professo (non verò incidenter) sub quocunque prætextu glossas, annotationes, scholia ullumve interpretationis genus in ejusdem Concilii decreta edunt sine summi Pontificis facultate. In Bulla Sixti V. quæ incipit: effrenatam 87ma relata tom. 2. Bull. excommunicatio reservata infligitur omnibus causantibus abortum tam inanimis, quam animati fœtus. sed hæc excommunicatio est per Bullam Greg. XIV. 8vam. quæ incipit: sedes Apostolica: restricta ad solum abortum fœtus animati sublatâ reservatione & reductis reliquis ad terminos juris communis.

QUÆSTIO II.

Quinam censuras ferre possint?

DICO I. Illi soli possunt excommunicare, qui habent jurisdictionem in foro judiciali. S. Th. in suppl. Q. 22. A. 1. O.

Explicatur & probatur: dupliciter homo ligari & solvi potest. Imprimis in ordine ad Deum pro foro conscientie, & quoad hoc potestas ligandi & solvendi datur Sacerdotibus pro foro pœnitentia juxta superius dicta. Deinde comparative ad alios homines in foro publico exterioris Judicii & hæc potestas competit solis Ecclesiæ Prælati, qui habent jurisdictionem fori externi, vel ordinariam, quæ est annexa alicui dignitati vel officio ecclesiastico, vel delegatam, quæ data est personæ ex commissione alterius jurisdictionem ordinariam habentis, competit igitur potestas excommunicandi.

Unde. Summo Pontifici pro tota Ecclesia, huic enim in persona S. Petri dictum est: quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram erit solutum & in cœlis; à quo tanquam capite hæc potestas in cæteros Ecclesiæ Prælatos derivatur.

Dices: hæc potestas ferendi censuras non est derivabilis in inferiores Prælatos, quia ferre censuras est ligare pro tota Ecclesia; atqui potestas ligandi pro tota Ecclesia non est derivabilis in inferiores Prælatos, quibus potestas in totam Ecclesiam soli summo Pontifici propria communicari non potest.

R. Potestas ligandi pro tota Ecclesia ex natura ipsius actûs vim suam ex institutione Ecclesiæ habentis non est derivabilis in inferiores Prælatos N. ex vi potestatis extendentis se ad omnia membra Ecclesiæ Con. quod liget censura pro tota Ecclesia, non provenit immediatè à potestate ferentis censuram, sed ex natura ipsi censuræ per potestatem universalis Ecclesiæ à Christo eidem concessam determinata. Unde

1. Potestas ordinaria ferendi censuras à summo Pontifice derivata competit Episcopo & archi-Episcopo

opo
toto
respe
censu
vel d
volu
in 6.
3.
nes
de v
ros
ex
IV.
gati
cent
adi
cert
puta
bun
furi
pell
men
de c
supp
adju
ficiu
est p
tit.
con
f
ti ga
mun
vi pr
potest

epo in sua Diœcesi, quoad sibi subditos cap. 1. & toto tit. de off. ordinarii, Archi-Episcopus tamen respectu subditorum suffraganei non potest ferre censuras, nisi dum visitat Diœcesin sui suffraganei vel dum causa per viam appellationis ad ipsum devoluta est, ex cap. venerabilibus 7. de sent. excomm. in 6.

3. Talis potestas tanquam ordinaria est etiam penes Cardinales in propriis titulis ex cap. his quæ 11. de major. & obed. lib. 1. tit. 33. necnon penes legatos seu nuntios Apostolicos respectu suæ provinciæ ex cap. legatos 2. de off. legati in 6. in quo Clem. IV. legatos, quibus in certis provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant & dissipent, edificent atque plantent: provinciarum sibi commissarum adinstar proconsulum caterorumque præsidum, quibus certa sunt decreta provinciæ moderanda, ordinarios reputantes.

4. Cum vicarius Episcopi cum ipso constituat tribunal idem, consequenter ejusdem in ferendis censuris participat potestatem cap. romanæ 3. de appellat. in 6. in quo Innoc. IV. cum suffraganeorum Rheimensis Ecclesiæ, eorumque officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt) unum & idem consistorium sive adiutorium sit censendum. Ex quo sequitur, quod, sicut penes capitulum cathedrale sede vacante talis est potestas cap. un. de major. & obed. in 6. lib. 1. tit. 17. sic consequenter sit penes vicarium pro tunc constitutum ex Trid. Sess. 24. de reform. cap. 16.

5. Alii inferiores Prælati: ut Abbates & præpositi gaudentes jurisdictione quasi episcopali ex communi DD. sententia possunt ferre censuras, & hinc, vi privilegiorum Apostolicorum saltem, habent ex potestate ordinaria utpote officio annexa superiores

religiosorum talem facultatem, quâ subditis sibi religiosis non tantum regulares pœnas, sed etiam ecclesiasticam censuram infligere possunt, quæ eisdem habeat effectus, quos habet censura ab alio quovis Prælato in sibi subditos quasi episcopalem jurisdictionem habente lata. Sed parochus cum pro foro externo nullam habeat jurisdictionem sed in foro tantum pœnitentiæ, consequenter est expertus potestatis ferendi leges & censuras.

Dices : in cap. cum ab Ecclesiarum 3, de off. ord. rescribit Alex. III. Episcopo Florentino : *mandamus, quatenus, si quando plebanus S. P. in clericos vel laicos parœcianos suos interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias inviolabiliter observari* ergo parochis competit potestas ferendi censuras. Accedit, quod parochus possit excludere ob delictum aliquod à participatione Sacramentorum.

¶. Vel quod textus agat de quodam plebano, qui præpositus erat alicui Ecclesiæ collegiatæ, vel quod habuerit illam facultatem ex privilegio, vel quod si verè olim, ut videtur sentire hic S. Th. loc. cit., talis potestas in quibusdam casibus fuerit penes parochos, hæc sit contrariâ consuetudine sublata, *quia consuetudo dat vel aufert in talibus potestatem* ait S. D. hic Q. 20. A. 2. O. & parochus excludens peccatorem à Sacramentis, propter indispositionem Sacramenta ut minister indigno negat.

6. Ex delegatione ab illis, qui ordinariam habent potestatem, facultas ferendi censuras competere potest quibusdam aliis, qui tamen de jure sunt incapaces, ad quam capacitatem requiritur, ut sit baptizatus : siquidem non baptizati, utpote extrâ Ecclesiam constituti, sunt incapaces ad munia Ecclesiæ ; deindè opus est, ut sit insignitus saltem primâ

censurâ, per quam constituatur clericus: eò quod
 merè laicus sit inhabilis ad talem jurisdictionem, ex
 cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. lib. 1. tit. 2.
 cap. decernimus 2. de jud. lib. 2. tit. 1. oportet
 etiam clericum, ut talis jurisdictionis capax sit, non
 esse conjugatum, quia talis incapax est ordinum
 beneficiorumque susceptionis ac jurisdictionis eccle-
 siasticæ ex cap. sanè 2. de cler. conjug. lib. 3. tit. 3.
 adeo, ut ne Episcopus quidem possit cum ipsis dis-
 pensare. Denique feminam esse incapacem illius
 jurisdictionis statuitur in cap. nova 10. de pœnit. &
 remis. lib. 5. tit. 38. in quo assignatur ratio: *quia licet*
Beatissima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit
Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus
claves regni calorum commisit. Et in cap. dilecta 12.
 de major. & obed. supponitur, Abbatissam censuras
 ferre non posse, sed tantum quædam præcepta pœ-
 nalia imponere Clericis & Canonissis ad Ecclesiam,
 cui præest, pertinentibus, subtrahendo ipsis fructus
 & arcendo ab impletione officii, quibus si parere
 renuant, committitur Episcopo loci, ut ad ei re-
 verentiam & obedientiam impendendam & ad sa-
 lutaria monita & mandata observanda, subjectos
 Ecclesiasticâ censurâ compellat.

Q. 1. quænam conditiones requirantur ad legi-
 time ferendam censuram?

R. Sequentes conditiones requiruntur ad censu-
 ram legitimè infligendam.

Prima est: ut feratur voluntariè & liberè ab haben-
 te potestatem, ità ut non debeat superior ad ferendam
 censuram per metum adigi, licet si censura sit ex metu
 gravi cadente in constantem virum, justè tamen lata,
 hoc ipso non sit invalida, cum nec de jure naturali in-
 validetur per metum, utpote qui relinquit volunta-
 rium simpliciter, nec jus positivum, vi cuius absolu-

tiō per metum extorta irritatur Cap. un. de iis, quæ vi metusve &c. in 6 trahi debeat ad lationem censuræ, eò quod nullitas absolutionis metu extortæ fit inducta in favorem Ecclesiasticæ potestatis, non verò irritatio censuræ alicujus justè latæ.

Secunda Conditiō est: ut terens censuram existat intra proprium territorium Gloss. in Cap. Novit. 7. de off. legati, V. terminos: cujus ratio est: quia latio censuræ est actus jurisdictionis contentiosæ utpote faciendæ in & cum cognitione causæ, sed actus jurisdictionis contentiosæ exerceri non potest extra proprium territorium: *cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune* Cap. ut animarum 2. de consuet. in 6. lib. 1. tit. 2. etiam judici loci inferretur injuria ex Cap. novit. cit. de off. legati excipitur 1. si feratur censura sine cognitione causæ vel per modum statuti cognitionem causæ non exigentis vel pro notoriâ seu manifestâ contumaciâ causæ cognitionem non requirente, vel præmissâ causæ cognitionem in territorio. 2. Si Episcopus sit à suis expulsus, tunc enim petitâ licet non obtentâ licentiâ Ordinarii loci posse in suos subditos ferre Censuras evincitur ex Clement. un. de foro comper.

Tertia Conditiō est: ut præcedat monitio ex Cap. constitutionem 9. & Cap. statutum 13. de sent. excomm. in 6. Cap. reprehensibilis 26. de appellat. in quo Con. Lateran. sub Alex. III. Ità presenti decreto statuimus, ut nec Prelati (nisi Canonica commotione præmissâ) suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subditos, nisi fortè talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis vel excommunicationis poenam inducat Ratio est: quia Censura non fertur nisi ob contumaciam & inobedientiam, quæ non subsistit sine præviâ monitione, in Censuris tamen à jure latis jus subit vicem monitionis. Undè in iis duntaxat Censuris, quæ per sententiam ferendæ sunt, requiri-

tur, ut Judex ante sententiam faciat monitionem sub
 comminatione Censuræ ex cit. Cap. reprehensibilis 26.
 de appellat. Hæc monitio Censuræ prævia debet esse
 trina, vel una pro trina vice con. esso tamen secun-
 dum circumstantias sufficiente temporis intervallo ad
 deliberandum ex cit. Cap. constitutionem 9. & Cap. sa-
 cro 14. de sent. excomm. in 6. J. G. in Cap. reprehensi-
 bilis cit. & Cap. Romana de appell. in 6. Licet autem
 excommunicatio adversus participantes & communi-
 cantes cum excommunicato ab eodem Judice lata in-
 valida sit, si trina monitio non sit præmissa ex Cap.
 statuimus 3. & Cap. statutum 13. de sent. excom. in 6.
 Extra hunc tamen casum censura sine trina monitione,
 modo una saltem monitio sit facta, lata est valida, licet
 sit injusta: videtur enim abesse causa ferendi censu-
 ram videlicet contumacia, si omninò nulla præcesserit
 monitio. Porro debet monitio illa fieri in scripto ex-
 ponente causam censuræ ferendæ, debetque tradi reo,
 cum sit comminatio censuræ ex Cap. cum Medicinalis
 1. de sent. excom. in 6. Ubi etiam statuitur: ut si
 Judex sine urgente causa solo verbo & non scripto ex-
 communicationem protulerit, ab ingressu Ecclesiæ &
 officiis divinis ipso jure suspendatur per mensem, &
 si intra illud tempus divinis se ingesserit fiat irregularis,
 sub quo tamen decreto, cum non fiat mentio Episco-
 pi, non comprehenditur Episcopus arg. Cap. quia pe-
 riculosum 4. de sent. excom. in 6. Imo cum exigat teme-
 ritatem & excipiat casum urgentis causæ, verbotenus
 lata excommunicatio sine temeritate vel in causa ur-
 gente, non tantum non inducit prætaxatam suspensio-
 nem, sed etiam est valida & licita, sed excommuni-
 catio extra urgentem causam verbotenus lata est qui-
 dem illicita, sed videtur esse valida: tum quia dici-
 tur esse relaxanda à superiore, ad quem recurritur;
 tum quia nullus est textus juris irritans. Præterea ex
 Cap.

Cap. sacro 48. de sent. excom. requiritur, ut censura contra personam determinatam ferenda coram testibus, qui de monitione testari possint, personaliter intimetur reo, dum fieri potest, quod si talis personalis intimatio fieri non possit & lateat reus sufficiat monitionem fieri ad ejus domum, vel in Ecclesia, item platea aliove loco publico, ex quo in ejus notitiam devenire possit.

Quarta conditio est certum tempus, ne nempe Censura feratur in die feriato, eò quod plerumque causæ cognitionem requirat die feriato prohibitam in Cap. fin. de fer. nihilominus cum ea, quæ ad sui valorem non exigunt Causæ cognitionem, die feriato gesta teneant arg. L. actus 8. Cod. de fer. lib. 3, tit. 12. ideo Censuram die feriato latam non esse invalidam, sustinetur ex ratione, quod sine Causæ cognitione ferri possit validè. Solet autem denuntiatio, si Causæ cognitio die non feriato præcesserit, fieri frequenter die feriato, ut in plurimum notitiam devenire possit.

Quinta conditio est denuntiatio Censuræ, ad quem faciendam obligatur solum Episcopus, quando prudentis arbitrio est necessaria vel ad excommunicati correctionem vel ad aliorum damnum præcavendum ex Clement. 2. de pœnis & Clement. ult. de Censib. aliàs nulla est obligatio excommunicatum aut aliã Censurã innodatum denuntiandi.

Nec obstat Can. curæ 20. Caul. XI. Q. 3. in quo dicitur: quod Episcopis curandum sit, ut nomina excommunicatorum vicinis Episcopis & suis Diœcesanis indicentur; quia ex hoc non colligitur obligatio faciendæ denuntiationis

DICO 2. *Semper remanet baptizatus aliquo modo de Ecclesia, & sic Ecclesia semper de ipso judicare potest.* S. Th. in suppl. Q. 22. A. 6. ad 1. Sive Censura

lura
mora
Pr
ferre
Cens
zatos
qui pe
ingre
mus
non
Cor
à ne
nis
tale
C
nibi
con
atque
con
nis p
hanc
quia
& in
S
Q. 2
per
dens
solve
tiam
anno
non
ra tu
de se
lele in
lution
cod, ti

lura ferri potest in solos baptizatos viatores peccati mortalis sub comminatione Censuræ prohibiti reos.

Prima Pars probatur : in illos solos potest Ecclesia ferre Censuram, in quos exercet jurisdictionem : quia Censura est actus jurisdictionis, atqui in solos baptizatos Ecclesia exercet jurisdictionem, non verò in eos, qui per Baptismum velut januam Ecclesiam nondum ingressi sunt, qui ut inquit Innoc. III. in Cap. gaudeamus 8. de divort. lib. 4. tit. 19. *Constitutionibus Canonis non arctantur, quidem mihi* (ait Apost. 1. Cor. 5) *De his, qui foris sunt, judicare?* Et Cap. à nobis 21. dicitur : quod sententia excommunicationis lata ratione furti constringat solos subditos ferentis talem sententiam.

Confirmatur : nemo potest per Ecclesiam communibus Ecclesiæ bonis privari, nisi jam pertineat ad communitatem, cui communia bona conveniant, atqui soli baptizati non verò nondum baptizati ad hanc communitatem pertinent, ergo soli baptizati illis bonis privari possunt per Censuram, non autem evadunt hanc Censuram per lapsum in hæresin vel schisma : quia non desinunt Ecclesiæ per suam rebellionem & inobedientiam esse subditi.

Secunda Pars probatur à Gratiano Caus. XXIV. Q. 2. ex illis Christi verbis : *quodcumque ligaveris super terram* : super terram, inquit, non sub terrâ, ostendens quod viventes pro varietate suorum meritorum solvere possumus vel ligare : de mortuis autem sententiam ferre non possumus : licet autem non soleat infra annos pubertatis Censura ab homine ferri, attamen non requiri annos pubertatis, ut incurtatur Censura tum ab homine tum à jure lata evincitur ex cap. 1. de sent. excom. in quo Clerici infra annos pubertatis se invicem percutientes dicuntur non esse pro absolutione ad sedem Apostolicam mittendi & ex Cap. fin. eod. tit.

Nec

Nec obstat : quod ante pubertatis annos non satis percipiant Ordinem judicarium, nec in iudicio ad se defendendum vel agendum admittantur; in quo opposita sententia fundatur, cum impubes possit vel de Ordine judicario, si fortè sit necessarius ad subeundam censuram, instrui, vel ejus quoad hoc imbecillitas suppleri per tutorem seu Procuratorem.

Tertia Pars : quod censura debeat ferri tantum ob peccatum mortale (exceptâ excommunicatione minore & aliquantulum etiam suspensione & interdicto, utpote quæ minoribus bonis spiritualibus privant) patet ex eo : quod pœna debeat esse proportionata culpæ; censura autem est gravissima pœna; ergo non est proportionata culpæ veniali, undè si quis ex ignorantia vel inadvertentia excusetur à gravitate culpæ, ex consequenti est immunis à censura. Debet autem hoc peccatum mortale imprimis esse externum : quia Ecclesia non potest punire, nisi id de quo potest judicare, de internis autem Ecclesia non potest in foro externo judicare, undè peccatum Hæresis cum non sit reservatum Papæ, nisi habeat annexam excommunicationem, potest à quolibet Confessario approbato absolvi, dum est purè mentale, secus est si vel occultissimè nemine etiam audiente proferatur ore. Deinde debet esse in suo genere completum : quia verba sunt intelligenda cum effectu, debentque leges pœnales restringi potius, quam extendi; nisi ergo secundum proprietatem verborum intelligatur delictum esse completum, non intelligitur cadere sub censura, ex generali regula, quâ leges pœnales velut odiosæ sunt strictè interpretandæ, hinc etiam censura lata ob delictum aliquod, non tenet consulentes seu mandantes, nisi in jure seu præcepto censuram inferente sit expressum, vel lex ejusmodi aliàs redderetur inutilis & frustranea: quia mandantes seu consulentes tantum moraliter ad

delictum
atum
delictum
tata
trahit
cacite
si reve
aliqui
te, m
sta
tum
tam
con
Ecc
dela
quæ
spec
com
niat
exec
quæ
depo
quæ
tant
ti in
tione
Q
su C
R
posit
censu
tam i
fed ne
§. veru
III.

delictum concurrunt, verba autem significantia delictum in rigore significant ipsam realem & physicam delicti executionem. Ex eodem capite, si censura intentata sit contra mandantem vel consulentem, non contrahitur censura, si mandatum ante executionem efficaciter sit revocatum, quod tunc tantum videtur fieri, si revocatio mandati mandatario innotescat, licet ab aliquibus excusetur mandans à Censurâ vel irregularitate, modò ex parte mandantis revocatio sufficienter sit facta, licet mandatario nondum fuerit intimata, quia tunc non influit moraliter culpabiliter; oppositum tamen verius est.

Quarta Pars : quod peccatum specialiter sub comminatione censuræ debeat esse prohibitum ab Ecclesia : *probat*ur quia censuræ sunt institutæ in medelam contumaciæ ac inobedientiæ adversus Ecclesiam, quæ subsistere nequit sine Ecclesiæ præcepto actum specialiter prohibente vel præcipiente sub censuræ comminatione; hinc nisi ratione peccati præteriti veniat imponenda aliqua satisfactio aliave in futurum exequenda actio, non potest propter culpam ejusmodi quæ præteritam intentari Censura, licet aliis pœnis v.g. depositionis puniri possit; Canones contrarii vel loquuntur de aliis pœnis, non de Censuris, vel intentant censuram propter aliquid ratione peccati præteriti in futurum faciendum. v.g. restitutionem, reparationem scandali.

Q. 1. An & quomodo appellatio excuset ab incursum Censuræ?

R. Appellatio ante censuram latam legitimè interposita impedit, ne censura incurratur: *Dixi*: ante censuram latam: quia appellatio post censuram latam interposita habet quidem effectum devolutivum, sed non suspensivum, ità expressè Cap. Pastoralis 53. §. verum de appellat. lib. 2. tit. 28. *Consulvisti nos,*

III. Partis Theol. Schol. suppl.

V

HERM

num si quis excommunicationis sententia innodatus ante denuntiationem ipsius ab eâ tanquam minus rationabiliter promulgata in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vires obtinisset, curaverit provocare, eò quod per appellationem interpositam excommunicantis videtur jurisdictio dormitasse, ipse denunciare possit eundem & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis Clericum spoliare, nos itaque respondemus, quod cum executionem excommunicato secum trahat & excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare potes, ut ab alio evitetur & Cap. ad reprimendam 8. de off. ord. lib. 1. tit. 3 1. Cum excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur objectum Item Cap. is cui 20. de sent. excom. in 6. Sanè sicut excommunicatio, sic ab officio vel ingressu Ecclesia lata suspensio aut ipsius effectus per appellationem sequentem minimè tolluntur. Ratio est: quia tunc censura jam est contracta, censura autem contracta per solam absolutionem tolli potest, quare appellatio licet legitimè interposita nequit habere tunc effectum, nisi devolutivum, adeo, ut Judex ordinarius non obstante tali appellatione possit procedere etiam ad denuntiationem, sed appellatio legitimè antè censuram latam interposita suspendit censuram: quia eximit reum à Judicis à quo jurisdictione, nisi ipsi sit concessa facultas procedendi sub clausulâ; non obstante appellatione; cæterum ut appellatio talis legitima sit, debet ex rationabili causa interposita fuisse, ante tempus signatum censuræ iucursionem, cum hoc tempore lapso Censura jam contracta solâ absolutione tolli possit.

Q. 2. An & qualis ignorantia excuset à censura?

R. Quod ignorantia excuset, patet ex Cap. Ut animarum 2. de constitut. in 6. ubi statuitur, quod ignorans ab omnibus sententiis seu statutis pœnalibus

quo-

quon
rancia
dinati
lis co
adver
comp
gentia
à culp
talis i
na,
à cu
non
hibi
Col
lib.
te cu
qui
actio
casu
cum
dolo
propr
tale p
dimu
quod
cum
cuset
tener
comr
ri, si d
ter de
à pecc
excusat

quorumcunque ordinariorum excusetur, modo ignorantia non sit crassa aut supina, ubi, cum Papa sit ordinarius ordinariorum, videtur etiam Censura Papalis comprehensa; unde si quis dubitet: an Censura adversus aliquod delictum sit lata, vel an tale factum comprehendatur sub Censurâ, nec factâ aliquali diligentia dubium vincere potuit, non excusatur quidem à culpa delicti, sed à Censura huic annexa: eo quod talis ignorantia nequeat dici affectata seu crassa & supina, quæ dolo æquiparetur.

Q. 3. An metus excuset?

R. Negativè: sicut enim metus gravis non excusat à culpabili præcepti transgressione, videlicet si actus non tantum jure Ecclesiastico sed etiam naturali sit prohibitus, sic neque excusat per se loquendo à censura. Colligitur ex Cap. sacris 5. de his, quæ vi metusve &c. lib. 1. tit. 40. in quo Innoc. III. ita de communicante cum excommunicatis: *distinguiamus utrum is, qui communicat excommunicatis invitus sit per coactionem adstrictus aut per metum inductus. In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere convincatur. In secundo licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.* In quo Cap. difficultatem facit, quod non expresso casu dicatur metum non excusare; cum tamen generalis regula sit, quod metus gravis excuset à transgressione præcepti Ecclesiastici, ex quo tenentur fideles abstinere à Communionem cum excommunicato vitando: cui difficultati videtur satisfieri, si dicatur: quod summus Pontifex voluerit generaliter declarare, quod metus gravis non semper excuset à peccato, sicut absoluta violentia: cæterum metus non excusat nec à culpâ nec à Censurâ transgressionem etiam

præcepti Ecclesiastici, si metus gravis incutiatur in contemptum præcepti Ecclesiastici aut ipsius Censuræ stante etiam solâ Ecclesiæ prohibitione, aut si stante prohibitione fiat intrinsecè malum: ut si sacerdos excommunicatus & vitandus per gravem metum adactus confessiones audiat & absolvat, aut si communicet quis ex metu in crimine criminoso. Hinc addidi: per se loquendo: quia per accidens metus gravis quandoque excusat à culpabili transgressione præcepti Ecclesiastici & tunc consequenter excusat à Censura.

Q. 4. An Censura ob nullam vel insufficientem causam lata liget?

R. 1. Si causa nec à parte rei adsit, nec secundum allegata & probata præsumatur adesse: ut si quis excommunicetur, quod eleemosynam tribuerit, vel quod fecerit id, quod facere illicitum & pravum non est, talis excommunicatio certè invalida est, cum contineat errorem intolerabilem, ut jura loquuntur Cap. per tuas 40. de sent. excom. & cap. venerabilibus 7. §. sanè 3. eod. t. in 6.

2. Si quidem causa à parte rei adsit v.g. crimen revera commissum sit, de eo tamen reus non sit confessus, nec legitimè convictus, tunc censura ob talem nec probatam nec confessam causam est nulla, nullumque habet effectum saltem in foro externo.

3. Si causa revera non subsit, censeatur tamen secundum allegata & probata in judicio adesse, reipsâ taliter censuratus coram Deo & in foro conscientiæ censuram non incurrit, nec effectibus ejus subjacet, consequenter taliter excommunicatus communibus Ecclesiæ suffragiis aliisque spiritualibus commodis & facultatibus minimè est privatus, attamen censura in foro externo & facie Ecclesiæ tam à censurato quam ab aliis observari debet, donec vel præsumptus reus ab eâ absolvatur, vel innocentia ipsius & error publi-

blice
 XI. Q
 sine p
 Cap.
 & ob
 men
 censur
 tum c
 va,
 tem
 dur
 feq
 etia
 ber
 fur
 esse
 pro
 ran
 & p
 cur
 ceat
 me
 cul
 nar
 con
 in ta
 si m
 sæ d
 pro
 ten
 E
 som
 pecc
 coram

publicè innotuerit arg. Can. si quis à proprio 2 *Caus.*
XI. Q. 3. Quia ut dicitur ibid. *Can. I. sententia Pastoris*
sive iusta sive iniusta fuerit, timenda est, concordat
Cap. inquisitioni tuæ 44. de sent. excom. ubi innocens
& ob sanctam Legis divinæ observantiam ex iusta ta-
men præsumpta causa in foro externo excommunicatus
cenfuram in eodem foro servare cogitur. Ratio est :
 tum quia in foro externo adest causa saltem præsumpta,
 tum quia hoc necessarium est ad publicam utilitatem
 & disciplinam ipsamque Judicis ex officio secundum
 allegata & probata judicantis auctoritatem, consequenter
 ad bonum publicum tuendum; & certè, si etiam in foro
 externo censura in tali casu servari non deberet, malevolis
 lata aperiretur Porta quaslibet censuras contemnendi,
 cum dicere possent, se coram Deo esse innocentes,
 licet in foro externo per allegata & probata nocentes sint;
 hinc si Clericus à parte rei coram Deo innocens
 excommunicetur secundum allegata & probata, in foro
 interno irregularitatem non incurrit, si ità excommunicatus
 aliquem Ordinem exerceat: quia reverà excommunicatio
 fuit nulla; si id tamen facere deprehendatur, vel de hoc
 in iudicio accusetur, vel convincatur tanquam irregularis
 condemnari potest: cum enim in foro externo censeatur
 excommunicatus, tanquam irregularis declarari debet, si
 in tali occasione Ordinem exercuisse demonstratur, imò
 si monitus ab exercitio Ordinis v.g. celebratione missæ
 desistere nolit, tunc de novo potest excommunicari propter
 suam inobedientiam & contumaciam & apparentem
 contemptum potestatis Ecclesiasticæ.

Q. ultimò. An universitas possit excommunicari?

Respondet S. Th. in suppl. *Q. 22. A. 5. O. Quod ex-*
communicari non debet aliquis nisi pro peccato mortali;
peccatum autem in actu consistit; actus autem non est
coramunitatis sed singularium personarum ut frequen-

ter & ideo singuli excommunicari possunt, non autem ipsa communitas, quidquid autem sit de valore excommunicationis in universitatem, certum est, quod non liceat: ita enim Innoc. IV. in Cap. Romana §. de sent. excom. in 6. *In universitatem vel Collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri.*

Q U Æ S T I O III.

Quis absolvere possit à Censuris?

Suppono: censuram non posse tolli nisi per absolutionem erga defunctos non directè, cum non sint amplius jurisdictioni Ecclesiasticæ subditi, sed indirectè faciendam, de quâ intelligi debet Cap. à nobis §. 8. de sent. excomm. Cum enim vi excommunicationis non sublata teneantur fideles ad corpus excommunicati non tradendum Ecclesiasticæ sepulturæ, ad non pulsandum campanis, ad non fundendas preces publicas, seu non offerenda sacrificia pro tali defuncto; potest Ecclesiasticâ potestate tolli ista fidelium obligatio & defunctus indirectè absolvi; præterea si aliquis sit excommunicatus, quoad usque satisfaciatur parti læsæ, præstitâ satisfactione tollitur excommunicatio sine absolutione quidem explicitâ sed non sine absolutione implicitâ contentâ in verbis significantibus excommunicationem, quousque proberetur satisfactio. Demum si excommunicatio absolutè lata sit adversus eum, qui renuit satisfacere, secutâ satisfactione & correctione non cessat ipso jure excommunicatio, sed tollenda est per absolutionem. De quâ

DICO. *A minori excommunicatione quilibet potest absolvere, qui potest à peccato participationis absolvere, si autem sit major aut est lata à iudice, & sic ille, qui*

qui tulit vel ejus superior potest absolvere: vel est lata à jure, & tunc Episcopus vel etiam sacerdos potest absolvere: exceptis . . . casibus, quos sibi juris conditor, scilicet Papa reservavit. S. Th. in suppl. Q. 24. A. 1. O.

Prima Pars probatur: ex cap. nuper 29. in quo Innoc. III. de communicante cum excommunicato non in crimine, sed aliàs in oratione vel osculo aut orando secum aut etiam comedendo, ac propterea minorem excommunicationem incurrente respondet; quod à suo Episcopo vel proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere.

Secunda pars explicatur & probatur: si excommunicatio (idem est de qualibet censura) specialiter per sententiam ob particulare delictum in determinatas personas sit lata, indubitatum est, posse ejus authorem, qui illam tulit regulariter absolvere, ut enim inquit S. Ambros. in can. verbum § 1. dist. 1. de pœnit. §. 1. dominus par jus & solvendi esse voluit & ligandi, qui utrumque pari conditione permittit. Eruitur illud quoque ex cap. pastoralis 11. de off. ord. lib. 1. tit. 31. quod verum est, licet interposita fuerit post censuram appellatio: quia appellatio non suspendit Jurisdictionem Judicis à quo, nisi in iis, quæ obstant appellationi, non autem in iis, quæ eam juvant, qualis est absolutio à censura ex cap. si à Judice 10. de appellat. in 6. lib. 2. tit. 10. & quia successor reputatur eadem persona cum prædecessore arg. cap. 1. de solut. lib. 3. tit. 23. potest à censura per hunc lata absolvere can. si Episcopus 40. caus. XI. Q. 3. Deinde etiam superior utpote habens Jurisdictionem super actus Prælati inferioris, potest auferre censuram ab homine specialiter latam.

Si dicas: Episcopus est superior Prælatorum regularium non exemptorum, nec tamen potest absolvere

regulares à censuris ob disciplinam regularem à Præla-
to regulari latis; quia juxta gl. in cap. quanto 1. de
off. jud. ord. lib. 1. tit. 31. v. si Prælati. Coercitio &
correctio Monachi primo loco spectat ad Abbatem,
nisi ad Episcopum appellatio sit interposita. Item
Archiepiscopus est superior suffraganeorum (idem est
de Patriarchâ respectu Archiepiscoporum) nec tamen
Archiepiscopus absolvere potest à censurâ per suum suf-
fraganeum specialiter latâ, nisi vel tempore visitationis
ex cap. cum ex officio 16. de præscript. lib. 2. tit. 26. vel
causâ interpositæ appellationis, ubi tamen oportet
Archiepiscopum vocatis partibus procedere cum causæ
cognitione, ita ut absolutio alias non teneat
ex cap. Romana 5. & cap. venerabilibus 7. de sent.
excom. in 6. ergo non potest superior relaxare censu-
ram ab inferiore latam.

2. Nec Episcopum respectu regularium etiam non
exemptorum, nec Archiepiscopum respectu suffraga-
neorum habere superioritatem absolutam, sed limita-
tam, unde non est mirum, quod non nisi in expressis
casibus censuras ab inferioribus latis tollere possint,
alioquin superior absolute & simpliciter quascunque
censuras inferiorum sicut & censurantis successor rela-
xare potest non verò alit, nisi ipsis hæc potestas de-
legeretur: quia nullam in censuratum habent jurisdic-
tionem, adeò ut ne mutato quidem domicilio à
Prælato novi domicilii possit impendi absolutio arg. cap.
proposuisti 19. de foro compet. lib. 2. tit. 2. si vero
censuratus offerat satisfactionem & ratione infirmitatis
vel alterius impedimenti pro absolutione accedere non
possit censuræ authorem, potest ab æquali iudice vel
etiam inferiore absolvi, præstito tamen juramento,
quod quamprimum poterit, velit se præsentare iudici,
cui de jure competit absolutio, ita de absolutis à censurâ
Canonis. si quis suadente: tempore infirmitatis in Cap.

ca noscitur 13. de sent. excom. Si verò infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum, juramento prestituto injungatur eisdem, ut postquam sanitati fuerint restituti, ad Romanam Ecclesiam vel ejus legatum accedant, mandatum Apostolicum super talibus recepturi. Neque tantum posse pro mortis articulo sed etiam quolibet Canonico impedimento detentos taliter absolvi, deciditur in cap. quod de his 26. cap. quamvis 58. de sent. excomm.

Quod verò dictum est, quod specialiter ferens censuram possit ab eâ absolvere, limitatur in quibusdam casibus specialibus, in quibus author censuræ absolvere non potest; imprimis si quis à delegato sedis Apostolicæ fuit excommunicatus, eò quod suæ sententiæ definitivæ parere noluerit, hic ab eodem delegato ante definitivam sententiam vel ante lapsum anni post definitivam sententiam potest absolvi, sed postea recurrere debet ad S. Pontificem. Colligitur ex cap. quærenti 26. de off. delegati lib. 1. tit. 21. Deindè incendiarius excommunicatus ab ordinario & ut talis denuntiatus remitti debet sedi Apostolicæ pro impetrandâ absolutione. Cap. tua nos 19. de sent. excom. Denique si Pontifex censuram ab ordinario latam ex certâ sententia confirmet, eo ipso reservat sibi absolutionem, & confirmatione tali facit sententiam suam ut eruitur ex Cap. 1. de confirmat. utili vel inutili lib. 2. tit. 30. & ex Cap. si Apostolica 22. de præb. in 6.

3tia Pars explicatur & probatur: Censura non specialiter per sententiam sed generaliter indeterminate videlicet per modum præcepti pœnalis aut statuti in quoscunque hujus vel istius criminis reos lata, v. g. si per generale statutum vel pœnale mandatum dicitur omnibus, qui furtum commiserint, pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, aut quæ generaliter in corpore Juris continetur, quales supra enumeratæ sunt,

sunt, hæc non tantum à legislatore vel ipsius superiore aut successore sed à quovis habente jurisdictionem non tantum pro foro externo sed etiam pro foro interno tolli potest: quia hoc ipso, quod superior sibi absolutionem censuræ non reservaverit, censetur ejusdem relaxandæ potestatem aliis reliquisse. Ità exprimitur in Cap. nuper 29. de sent. excom. *Quia conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi*: Quæ verba licet subjungantur de excommunicatione minore, attrahunt ut ratio decidendi generalis & communis adducuntur.

Obj. Licet legislator sibi non reservaverit legis suæ dispensationem, nequit tamen inferior in lege superioris dispensare, nisi expressè concedatur; ergo idem dicendum de relaxatione censuræ.

R. Negando consequ. disparitas est, quod dispensatio legis sit voluntati legislatoris contraria; cum sit vulnus legis habentis vim ex ipsâ legislatoris voluntate; at absolutio à censurâ non est voluntati ferentis legem, cui censura est annexa, contraria, cum pœnitenti desistenti à contumaciâ sit impendenda ex naturâ ipsius censuræ.

4ta Pars: De reservatione censuræ patet ex suprâ dictis ex quibus inferitur, quod si censura juris sit reservata, per se loquendo non potest tolli, nisi ab authore ejusque successore superiore & delegato.

Ejusmodi delegationem ex jure habet imprimis Episcopus, quod possit ab excommunicatione Canonis: Si quis suadente. *Causa XVI. Q. 4.* absolvere mulieres & impuberes etiam post pubertatem ex Cap. super eo verò. Cap. mulieres 6. Cap. quamvis § 8. de sent. excomm. quod intelligendum est quoad mulieres & impuberes tantum de percussione atroci seu enormi, qualis est, quæ fit cum gravi læsione corporis, vel

abun-

abundante effusione sanguinis, vel dum Clericus fistibus impetitur, pedibus conculcatur, ictibus premitur, in caliginoso loco violenter diu detinetur, vel indignitate constitutus percutitur, vel denique si percussio gravem ignominiam præferat; si enim percussio fuerit levis, omnes suos subditos potest Episcopus in utroque foro absolvere. Quæ facultas etiam conceditur Abbatibus & Prælatibus regularibus ad absolvendum religiosos qui se mutuo percusserint ex Cap. Monachi 2. Cap. cum illorum 32. de sent. excomm.

Deinde omnibus Episcopis vi Trid. sess. 24. de refor. Cap. 4. competit potestas absolvendi ab omnibus censuris & pœnis sedis Apostolicæ reservatis, modo non fuerint publicæ nec ad forum contentiosum deductæ; insuper religiosis mendicantibus eorumque privilegia participantibus vi privilegiorum Apostolicorum facultas data est absolvendi ab omnibus censuris sedis Apostolicæ reservatis, exceptis iis, quæ in Bullâ Cœnæ Domini continentur.

Porro possunt Episcopi à censuris Papæ reservatis quoslibet impeditos adire Papam absolvere cum obligatione tamen se postea præsentandi coram S. Pontifice ex cap. ea noscitur 13. & cap. quamvis 58. de sent. excomm. qui Canones loquentes de excommunicatione incursâ ob percussione Clerici ex communi DD. sententiâ extenduntur ad quamlibet censuram Pontifici reservatam.

Denique in articulo mortis quilibet sacerdos sicut à peccatis, sic à censuris qualitercunque reservatis absolvere potest, licet censurati jurare debeant, quod impedimento cessante velint se præsentare ei, ad quem absolutio censuræ de jure spectat, quo omisso reincident in censuram ex cap. eos qui 22. de sent. excomm. in 6.

Q. 1. Quot modis possit dari absolutio à censuris?

¶ Dupliciter potest fieri absolutio à censuris: imprimis absolutè & simpliciter, ut sinè ullo modo vel conditione sit liber à vinculo censuræ is, qui absoluitur. Deinde sub conditione vel modo: sicut enim sub conditione validè potest ferri censura, ita & concedi absolutio ab eâdem. Ità per modum absolutionis conditionatæ se habet absolutio ad cautelam, quæ præmitti solet ante absolutionem Sacramentalem, dum ignoratur, an pœnitens sit censurâ ligatus; si enim hic censuræ à se contractæ notitiam seu certitudinem habebat, non prodest ipsi absolutio ad cautelam arg. cap. cum desideres 15. de sent. excom. Similiter sortitur naturam conditionatæ absolutionis ea, quæ vocatur absolutio ad reincidentiam, ita ut is, qui sub conditione aliquod opus exequendi fuit absolutus à censurâ, in hanc reincidat neglecto opere injuncto. Exemplum est in cap. quod de his 21. de sent. excomm. cap. eos qui 22. eod. tit. in 6. ubi si à censurâ reservatâ absolvetur impeditus adire Papam per Prælatum inferiorem, dicitur reincidere in censuram, si a noto impedimento se non præsentet Papæ, sicut etiam ille, cui, dum à sede Apostolicâ vel ejus legato absolutionis à quibusvis sententiis beneficium obtinet, injungitur, ut ordinarii sui vel alterius superioris conspectui se præsentet, pœnitentiam ab eo suscepturus, & iis, quibus obligatur, satisfactionem exhibeat, reincidit in censuram, cum habitâ opportunitate hæc non curaverit adimplere. Ex cit. cap. eos qui 22. denique absolutio ad reincidentiam taliter concedi potest, ut pro tempore limitato fiat duntaxat, vel in ordine ad aliquem tantum effectum nempe beneficii alicujus seu privilegii collationem, vel in ordine ad dicendum testimonium ex cap. veniens 38. de test. lib. 2. tit. 20. ibi: *Volumus ut ad cautelam absolvatis eosdem: ut vocati ad testimonium liberè valeant pro utraque parte testari.*

Q. 2. Quæ forma sit observanda in absoluteione à censuris?

R. 1. Nullo jure statuta est certa forma absolvendi à censuris, sed modo per eum, qui absolvendi potestatem habeat, sufficienter exprimatur absolutio sive verbis sive scriptis, tenet pro foro tam externum quam interno, non tamen censetur quis absolutus, si Papa sciens aliquem excommunicatum cum ipso communicet. Clement. ult. de sent. excomm.

2. Solemnitates tum in cap. à nobis de sent. excomm. tum in pontificali romano præscribuntur.

3. Pro foro tam judiciali quam pœnitentiæ debet exigi Juramentum ab eo, qui absolvendus est, de non reincidendo in simile facinus, si excommunicatio incurta sit ob grave delictum v. g. ob percussionem Clerici vel incendium ex cap. ex tenore 10. cap. de cætero 11. cap. cum desideres 15. de sent. excomm. tale tamen Juramentum à pluribus non reputatur necessarium, nec in minus gravi delicto, nec in absoluteione impuberum, eo, quod in cap. 1. & fin. de sent. excomm. pueri ob percussionem Clerici excommunicati jubeantur absolvi nullâ factâ mentione Juramenti.

4. Dum alicui potestas absolvendi à censura delegatur sub conditione satisfaciendi peccati læsæ, non sufficit, saltem ad licitè absolvendum, juratoria cautio, sed requiritur realis satisfactio.

5. Requiritur, ne absolutio per vim seu metum extorta sit, alias est invalida ex cap. un. de iis quæ vi metusve &c. in 6.

6. Exigitur, ne per deceptionem sit obtenta, foret enim invalida, si ex subreptione impetraretur ab eo, qui fingeret se satisfecisse parti læsæ vel habere propositum satisfaciendi ex cap. ex parte 5. de off. ord. & cap. officii 42. de sent. excomm.

7. Sacramentalis absolutio à censuris debet fieri verbo ad præsentē directo juxtā dicta de absolutione in Sacramento pœnitentiæ, extrā Sacramentum tamē potest impendi absenti etiam per litteras ex can. de manifestâ 17. caus. II. Q. 1. & can. quando 8. causa II. Q. 5. extrā casum tamen urgentis causæ foret illicitū, ut absenti medio procuratore conferatur absolutio censuræ: quia frequenter expedit tum ad reverentiam censurarum, tum ad majorem humilitatem & catitionem ipsius censurati, ne aliter quam in præsentia absolutio concedatur, ob quam causam etiam expedit, absolutionem conferri, non nisi ad petitionem censurati, licet etiam invitus validè absolva- tur. Cujus rationem dat S. Th. hic Q. 24. A. 2. O. *Culpe principium est in nobis, quia omne peccatum voluntarium est: pœna autem principium quandoque extrā nos est. . . Et ideo sicut peccata non committuntur nisi voluntate, ita non remittuntur alicui invito, sed excommunicatio sicut in aliquem invitum ferri potest, ita etiam invitus ab ea absolvi potest & ad 2. dicit, quod etiam manente contumacia potest aliquis discretè excommunicationem justè latam remittere, si videat, saluti illius expedire, in cujus medicinam excommunicatio lata est.*

Q. Ultimo: an pluribus excommunicationibus ligatus semper censeatur ab omnibus absolutus?

R. Postè aliquem pluribus excommunicationibus ligari docet S. Th. in suppl. Q. 22. A. 6. licet enim non nisi semel possit quis communibus Ecclesiæ bonis privari: cum privatio non recipiat magis & minus, attamen ūsdem Ecclesiæ bonis ex pluribus causis privari potest, & tunc ut ait S. D. tot sunt principales excommunicationes, quot causæ pro quibus aliquis excommunicatur, pariformiter potest quis juxtā eundem S. Th. hic Q. 24. A. 3. ab una

EXCOM-

excommu-
differentia
pluribus ex-
quando abso-
vi, nisi com-
solationem in-
tionis, cum
doque antea
cationibus
una excom-
altera, n
cationem
dent uni

De sup

Poster
P
terea
delinqu
solutio
tum à ju-
tempus,
perpetua
tunc non
tebit.

DICO
excommu-
suffragis
Explic
pauciorib
na, quae
pauciorib
Clericos p

excommunicatione absolvi & non ab altera, cum hac differentia : aliquis quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab uno iudice & tunc quando absoluitur ab una, intelligitur ab omnibus absolvi, nisi contrarium exprimat, vel nisi cum quis absolutionem impetrat de uno tantum casu excommunicationis, cum tamen pluribus excommunicatus sit. Quandoque autem est excommunicatus pluribus excommunicationibus à diversis iudicibus : & tunc absolutus ab una excommunicatione non propter hoc est absolutus ab altera, nisi omnes alii ad petitionem eius excommunicationem ipsius confirmaverint, vel nisi omnes demandent uni absolutionem.

QUÆSTIO IV.

De suspensione, interdictione, & irregularitate &c.

Posteriores species censuræ sunt : suspensio & interdictum, si utraque feratur ob contumaciam delinquentis, ut à contumacia desistat, ac ita absolutione tollatur, quod addo : quia sæpè suspensio tum à jure tum ab homine lata est vel ad definitum tempus, quo elapso sine absolutione cessat, vel est perpetua & non tollitur nisi per dispensationem, & tunc non est censura, ut ex sequentibus latius patebit.

§. I.

De suspensione.

DICO 1. *Suspensio non tanta pœna est, quanta excommunicatio : quia suspensi non fraudantur Ecclesie suffragium S. Th. in suppl. Q. 22. A. 5. ad 2.*

Explicatur & probatur Conclusio : censura, quæ paucioribus bonis spiritualibus privat, est minor pœna, quam sit excommunicatio, atqui suspensio paucioribus spiritualibus bonis privat : quia tantum Clericos privat exercitio potestatis ecclesiasticæ, cætera

tera verò bona, in quibus communicant cum fidelibus, eis salva relinquit, ut patet ex communi descriptione, quâ suspensio definiri solet: censura Ecclesiastica, qua minister Ecclesiæ formaliter ut talis cohibetur à functionibus ecclesiasticis & spiritualis potestatis exercitio; ex qua definitione patet differentia suspensionis ab excommunicatione non tantum materialis, quæ in hoc consistit, quod excommunicatio plures pariat effectus, nec ad personas ecclesiasticas solas, sicut suspensio, sed etiam ad laicos extendatur, sed etiam formalis, quæ consistit in eo, quod excommunicatio privet functionis ecclesiasticæ & potestatis spiritualis exercitio, in quantum est quædam cum fidelibus communicatio, suspensio verò, in quantum est exercitium præcisè potestatis ecclesiasticæ; differt etiam ab interdicto; quia interdictum privat administratione Sacramentorum non qua usu potestatis ecclesiasticæ, sed qua personis laicis communicabili; undè non tantum interdicit activum usum sed etiam passivam Sacramentorum receptionem, ecclesiasticam sepulturam & divina officia, demum differt à depositione & degradatione, quod hæ non sint pœnæ medicinales, sed perpetuæ, nec absolute sed tantum dispensatione tolli possint.

Suspensio alia est *ab officio*, alia est *à beneficio*, alia ab utroque simul; *suspensio ab officio* dicitur, quâ prohibetur executio ordinum vel aliarum functionum, quæ alias ratione ordinis aut muneris seu officii ecclesiastici incumbunt, & si privat omni exercitio, est totalis, si aliquo tantum, est partialis; *suspensio à beneficio* est, qua fructus sui beneficii Clericus administrare & percipere prohibetur; hæc etiam vel est totalis vel partialis, si suspensio absolute & sine limitatione imponatur, nec ex adjunctis limitatio aliqua

qua colligenda
cap. cum
x. tit. 14.
ad beneficium
s. quibus
nita Præla
Hujus ratio
universali
de uno,
Dicitur
pensione
exceptio
gulares
v. g. Ca
quia sac
li corpor
cti occu
ficiis ec
ferentia
commu
omnes
possint
pensione
copi & a
pis expe
quia peri
ter execu
ter incur
copalis.
DICO
non potest
jurisdictio
ne & non
potest S. T
d. l. Par

qua colligi possit, an sit à beneficio vel officio, ea censenda est totalis & ab utroque. Exemplum est in cap. cum bonæ 8. de æt. & qual. & ord. præfic. lib. 1. tit. 14. in qua indefinitè lata suspensio extenditur ad beneficia de novo acquisita & in clem. religiosi 1. §. quibus 1. de privileg. lib. 5. tit. 7. in qua indefinita Prælatorum suspensio generaliter intelligitur. Hujus ratio est: quia propositio indefinita æquipollet universali, simulque tunc non est ratio; cur potius de uno, quam de altero lata intelligatur.

Dicitur in definitione: minister Ecclesiæ: quia suspensionem incurrere possunt soli & omnes Clerici excepto S. Pontifice, & non tantum personæ singulares, sed etiam integra communitas Clericorum v. g. Capitulum suspendi potest, ut probatur ex cap. quia sæpè 40. de elect. in 6. ubi tum totum Capituli corpus, tum singuli capitulares, qui bona defuncti occuparunt vel diripuerunt, ab officiis & beneficiis ecclesiasticis suspenduntur. Ubi rursus est differentia ab excommunicatione, quæ non fertur in communitates sed singulares personas; licet verò omnes summo Pontifice inferiores Clerici suspendi possint, attamen generali statuto vel sententiâ suspensionis aut interdicti non comprehenduntur Episcopi & alii superiores Prælati, nisi de ipsis Episcopis expressè mentio habeatur. Ità statutum in cap. quia periculosum 4. de sent. excomm. in 6. tum propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, tum ob prærogativam dignitatis episcopalis.

DICO 2. Si sit suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea, qua sunt ordinis, sed potest ea, quæ sunt jurisdictionis: & e contra, si sit suspensus à jurisdictione & non ab ordine, si autem ab utroque, tunc neutrum potest S. Th. in suppl. Q. 22. A. 3. O.

Ill. Partis Theol. Schol. suppl.

X

Ex.

Explicatur Conclusio: Effectus suspensionis dependent à voluntate superioris hanc censuram infligentis, qui si velit, eam ad aliquos tantum effectus limitare, vel etiam indefinitè ferre potest, undè effectus suspensionis ab officio generaliter & indefinitè latae est privatio omnis exercitii tam ordinis quam Jurisdictionis spiritualis, probatur ex cap. 1. de sent. excom. in 6. ubi pœna irregularitatis indicitur illi, qui cum absolutè suspensus fuit, divina officia sicut prius exequitur; nomine autem divinorum officiorum intelliguntur ea, quæ sunt propria Clericorum, undè privat suspensio exercitium actuum ordinis; deindè nomen officii absolutè ac indefinitè positum præcipuè importat Jurisdictionem seu potestatem aliquam officio annexam, undè talis Jurisdictionis seu potestatis Ecclesiasticæ usu etiam privat suspensio; hinc suspensus ab officio non potest ministrare Sacramenta, nec celebrare, nec eligere: cum hæc omnia spectent ad officium clericale; non tamen prohibetur recipere Sacramenta, assistere divinis officiis, ingredi Ecclesiam, cantare in choro more laicorum, ac uti temporali Jurisdictione, si quæ fortè sit dignitati aut beneficio annexa: quia hujus exercitium non est actus potestatis ecclesiasticæ. Suspensio ab officio reddit quidem collationem novi beneficii suspensio factam illicitam: cum beneficium detur propter officium, imò juxtà Gl. in cap. cum bonæ memoriæ V. suspensi. de ætat. & qualit. &c. ipso jure invalidam, attamen suspensus ab officio non est suspensus à beneficio: cum hæc suspensiones sint disparatæ, & aliquando feratur suspensio ab officio, aliquando à beneficio, aliquando ab utroque simul, nisi suspensio ab officio esset perpetua

ria, &
 nisi in eff
 privande
 centura
 propria
 juxta R.
 penis be
 in 6. hu
 est. C
 bitem e
 ceru
 enim
 officio
 ritate
 dine
 esset
 Q.
 2.
 nefici
 ctuum
 elect.
 dicitu
 te vel.
 sint pr
 reditu
 ut tunc
 pensus
 hæc qu
 seu co
 colligi
 privati
 la à sus
 tur non
 2. S
 quordia

tua, & sic non foret censura, sed pœna depositio-
 nis in effectu, tunc enim saltem per sententiam est
 privandus beneficio. Cujus ulterior ratio est: quia
 censura suspensionis tanquam pœna ob delictum
 proprium inflicta est strictæ interpretationis: quia
 juxta R. J. 15. in 6. odia sunt restringenda, & in
 pœnis benignior interpretatio est facienda R. J. 49.
 in 6. huc facit textus cap. à crapula 14. de vit. & ho-
 nest. Cler. lib. 3. tit. 1. *si quis autem super his se culpa-
 bilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfac-
 cerit, ab officio vel beneficio suspendatur.* Omnino
 enim ineptè loqueretur Innoc. III. si suspensus ab
 officio esset simul suspensus à beneficio, sicut ob pa-
 ritatem rationis ineptè suspenderetur quis & ab or-
 dine vel à Jurisdictione, si suspensus ab ordine simul
 esset suspensus à Jurisdictione.

Q. 1. Quis sit effectus suspensionis à beneficio?

R. 1. Suspendio à beneficio non privat titulo be-
 neficii, sed tantum licitâ & validâ perceptione fru-
 ctuum, probatur ex cap. cupientes 16. §. cæterum de
 elect. in 6. ubi de suspensis per triennium à beneficii
 dicitur: *atque si intra illud tempus se propriâ temerita-
 te vel alio quasito colore ingesserint illis ipso jure perpetuo
 sint privati,* neque amittuntur per suspensionem tantum
 redditus beneficii, sed etiam hujus administratio, ita
 ut tunc œconomus constitui debeat, nec possit sus-
 pensus permutare aut resignare beneficium: cum
 hæc quoque sint usus beneficii, non tamen electio
 seu collatio titulo beneficii competens, ut videtur
 colligi ex cap. cum in cunctis 7. §. ult. de elect. ubi
 privatio potestatis eligendi inducitur tanquam diver-
 sa à suspensione beneficii, neque hi actus intelligun-
 tur nomine fructuum.

2. Suspendio à beneficio privat distributionibus
 quotidianis, quæ sunt ex fructibus beneficii extra-

Etæ : tum enim ipsi fructus in tales distributiones divisi sunt, verum si distributiones non sint ex fructibus beneficii extractæ, sed beneficiatis ex particulari fidelium fundatione intuitu alicujus officii dentur, iisdem suspensus à beneficio non privatur; quia tunc non proveniunt ex beneficio, licet beneficium sit occasio aut conditio ad percipiendas tales distributiones requisita.

3. Generaliter & indefinitè suspensus à beneficiis etiam amittit fructus beneficii tempore suspensionis de novo obtenti (etiam in sententia, quæ sustinet validam esse collationem tali suspenso de novo factam, & tantum esse per Judicem irritandam) *ratio est* : quia indefinitè lata suspensio est generalis; nisi restringatur ad beneficia jam actu obtenta vel certæ Ecclesiæ. Neque potest clericus indefinitè ob contumaciã suspensus etiam propriæ sustentationi necessaria ex fructibus beneficii accipere: cum tunc pro suo placito possit à suspensione liberari; si tamen perpetua vel ad certum tempus lata sit, cum tunc non sit liberum clerico eximi à suspensione, ne cum opprobrio statûs clericalis mendicare cogatur, potest ex fructibus beneficii sumere portionem necessariæ sustentationis; porrò ne suspensus commodum ex suspensione reportet, licet sit privatus fructibus beneficii, non est tamen immunis ab illius obligationibus.

Q. 2. Ob quam causam possit ferri suspensio?

R. Suspensio non potest ferri illimitatè, nisi ob peccatum lethale: quia sæpè inducit irteparabile damnum, aut aliquam infamiam; nec potest à quolibet approbato Sacerdote tolli sicut excommunicatio minor; sed ob modicum tempus etiam ob culpam venialem ferri potest: cum talis suspensio non causet præjudicium grave.

Q. 3. Quid si suspensus violet censuram;

R. Si
verò jur
puniend
irregular
pensio si
tit. 14. i
pensio di
damnabi
quos se v
suspensi
in 6.
Dis
præ de
denur
strans
Q.
R.
ne est
hæc
incur
ordin
& Spi
2.
ab ea
re lati
Dixi
mus
dam
sed pe
privat
ne cley
sastica
re sep
pianc
quam r

R. Si suspensus exerceat actum ordinis sacri (non verò jurisdictionis, talis enim est arbitrio Judicis puniendus) & sit nominatim denunciatus, incurrit irregularitatem, licet tantum ad certum tempus suspensio sit lata ex cap. 1. de sent. & re jud. in 6. lib. 2. tit. 14. in quo de Judice ecclesiastico per annum suspensus dicitur: *sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis laqueo se involvet secundum canonicas sanctiones idem de suspensis per mensem dicitur in cap. 1. de sent. exc. in 6.*

Dixi: nominatim denunciatus, ob ea, quæ supra de excommunicatis dicta sunt, ex quibus non denunciatus ad fidelium requisitionem divina ministrans irregularitatem non incurrit.

Q. 4. Qualiter & à quo possit relaxari suspensio?

R. 1. Nulla certa forma absolutionis à suspensione est à Jure præscripta, conveniens tamen videtur hæc: ego te absolvo à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam & restituo te executioni ordinis, officio vel beneficio in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

2. Regulariter ille, qui suspensionem tulit, etiam ab eadem absolvere potest, & à suspensionibus à Jure latis non reservatis omnis habens jurisdictionem. Dixi regulariter: quia tum in cap. excommunicamus 13. §. credentes 5. de hæret. continetur quædam suspensio, quæ tamen reverà censura non est, sed perpetua ab officio depositio, quæ ab Episcopo privante officio tolli non potest, formalia sunt: *sane clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus ecclesiastica Sacramenta, nec eos christiana presumant tradere sepultura, nec elemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ speciali-*

ciali, similiter quilibet regulares tum in cap. grave nimis 29. de præb. lib. 3. tit. 5. indignis conferens beneficia, qui post primam & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis à beneficiis conferendis per ipsum concilium provinciale est suspendendus, nec tamen hæc suspensio à concilio provinciali sed à solo summo Pontifice aut Patriarcha tolli potest.

Q. 5. Quanam sint suspensiones à jure latæ?

R. Sequentes quæ in quinque classes distribui possunt.

Prima classis est suspensionum, quas incurrunt clerici ob iniquam ordinum susceptionem in cap. 1. & 2. continetur suspensio, quæ ab executione ordinis suscepti suspenditur recipiens ordinem sacrum ab Episcopo, qui renuntiavit dignitati episcopali vel majore excommunicatione suspensione vel interdicto innodatus denunciatus est, cap. cum illorum 32. de sent. excom. clericus sæcularis deponitur & regularis suspenditur, qui excommunicatus ob clerici percussione scienter ordinem recipit, in Trid. Sess. 23. de reform. cap. 8. suscipiens ordinem ab alieno Episcopo sine licentia proprii ordinarii, suspenditur ab exercitio suscepti ordinis, in eodem Con. Sess. 6. cap. 5 suspenditur ordinatus ab Episcopo exercente pontificalia in aliena Diocesi sine licentia ordinarii loci. In Bulla Pii VI. 7^{ma} relata tom. 1. Bull. quæ incipit: cum ex sacrorum suspenditur ordinatus, sine dispensatione ante legitimam aetatem vel extrà tempora per Ecclesiam designata, ex cap. un. de cler. per salt. prom. lib. 5. tit. 29. colligitur suspensio clerici, qui est prætermisso inferiore ordine ad superiorem promotus, in cap. 37. & 45. de sim. suspenditur ordinatus carens titulo patrimonii vel beneficii ad ordines sacros requisito pacto inito cum præsentatore de non petendis alimentis.

Se-

Secundum
Clerici ob
Trid. Sess.
Parochus
lit, qui
matrimon
Suspensio
tit. 21. C
dubia,
Terti
Clerici
incumb
elect. si
ficiis C
suspens
de elec
sæcular
In Cap
pendu
ralium
missas
bus po
adjicie
Person
suspens
nem au
ejus, c
si comp
æterni
pendu
tione c
tiam in
gratian
lib. 3.
res occ

Secunda Classis est suspensionum quas incurrunt Clerici ob malum & illicitum Ordinis utum : in Con. Trid. sess. 24. de reform. matr. Cap. 1. Suspenditur Parochus vel alius Sacerdos sive regularis sive secularis *lit.*, qui alienos sponfos sine proprii Parochi licentia matrimonio conjungere vel benedicere ausus fuerit. Suspendio contenta in Cap. 1. de secund. nupt. lib. 4. tit. 21. Contrà benedicentem secundas nuptias est dubia, & si sit, non lata sed ferendæ sententiæ est.

Tertia Classis suspensionum est, quas incurrunt Clerici ob violationem obligationum, quæ Clericis incumbunt. Ità in Cap. cum in cunctis 7. §. 3. de elect. suspenduntur per triennium ab Ecclesiasticis beneficiis Clerici eligentes contrà formam ibi præscriptam, suspensio verò quæ continetur in Cap. quisquis 43. de elect. contrà celebrantes electionem per abusum secularis potestatis non est lata sed ferendæ sententiæ. In Cap. si quorundam 2. de solut. lib. 3. tit. 23. Suspenduntur ab administratione spiritualium & temporalium pro alienis debitis gravantes Ecclesias sibi commissas aut litteras alicui seu sigilla concedentes, quibus possent Ecclesiæ obligari. in Cap. statuimus 1. §. adjicientes 2. de elect. in 6. Suspenduntur it̄, qui in Personam electi quidquam malitiosè opponunt. Eadem suspensio illius, qui alicujus electionem, postulationem aut provisionem impugnans in probatione deficit ejus, quod objicit in Personam, continetur in Cap. si compromissarius 47. eod. tit. in 6. in Cap. cum aterni 1. de sent. & re jud. in 6. lib. 2. tit. 14. Suspenduntur Judices Ecclesiastici per annum ab executione officii, qui contrà conscientiam & contrà justitiam in gravamen partis alterius quidquam fecerint per gratiam vel per sordes. In Cap. exigit 2. de Cens. in 6. lib. 3. tit. 20. Suspenduntur Clerici Episcopo inferiores occasione visitationis recipientes pecuniam seu mu-

nus etiam spontè oblatum præter suum suorumque victum moderatum, nisi intrâ mensem Ecclesiæ gravatæ duplum restituerint. in Clem. quoniam 3. de vit. & honest. Cler. lib. 3. tit. 1. Suspenduntur Clerici beneficiati sine rationabili causa utentes veste sæculari.

Quarta Classis est suspensionum à jure latorum adversus Episcopos: ita extrav. 1. & 2. de sim. suspenditur Episcopus conferens Ordinem simoniacè. Cap. nullus 4 de temp. Ord. in 6. à collatione primæ tonsuræ suspenditur per annum, si conferat primam tonsuram infanti illiterato & conjugato, in Trid. sess. 24. de reform. cap. 2. & sess. 6. cap. 5. Suspenditur conferens Ordinem non subdito sine litteris dimissoriis vel in alienâ Diocesi sine licentia ordinarii loci. in Can. nullus pœnitentem 2. dist. LV. conferens Ordinem bigamo & publico pœnitenti prohibetur à celebratione missæ per annum. Cap. si quis 45. de sim. conferens sacros Ordines sub promissione ab ordinato acceptâ, quod nihil ab ipso exigat in defectu patrimonii aut beneficii suspenditur per triennium à collatione Ordinis. in cap. litteras 13. de temp. ordinat. conferens duos Ordines sacros uno die, vel duobus continuato jejunio suspenditur à collatione utriusque Ordinis.

Quinta Classis est suspensionum à jure latorum contra Religiosos: ita in extrav. 1. & 2. de sim. recipientes aliquem simoniacè in Religionem suspenduntur ab officio capitulari. in cap. consultationi 6. de Apost. Apostatæ in apostasia suscipientes sacrum ordinem etiam reversi ad Religionem suspensi manent; quousque à Romano Pontifice dispensationem obtinuerint in cap. hoc consultissimo de reb. Eccl. non alien. in 6. & Clem. 1. eod. tit. Prælati Religiosi imò & sæculares ab officio suspenduntur, si jura aut possessiones suorum monasteriorum sive Ecclesiarum ad longum tempus alicui concedant, in Clem. 1. §. Si quis autem

de

de stat. a
pationi c
neficioru
ab admin
moventu
ad quar
S. Pii V.
tes intro
duntur:
reddun

Non
vile, q
& fol
quid f
interd
erat in
de jur
fiat in
interdi
dicto,
sumitu
interdi
num sp
cramen
Ecclesiæ

DIC
tur om
concedi
tamen
sic sine
bus om
Cap. q
tit. 38.

de stat. mon. Religiosi assistentes venationi vel aucupationi clamorosa, si fuerint Abbates à collatione beneficiorum per biennium suspenduntur, si inferiores ab administratione temporalium, si quam habent, remouentur, si verò illa careant inhabiles per biennium ad quamlibet administrationem redduntur. In Bullâ S. Pii V. quæ incipit: Regularium: religiosi præsumentes introducere mulieres in claustra virorum suspenduntur à divinis & privantur beneficiis & ad eiusmodi redduntur inhabiles.

§. 2.

De interdicto.

Non agitur hic de interdicto prout pertinet ad jus Civile, quod olim nil aliud erat, quam formata quædam & solemnis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat, differebat autem interdictum ab actione, quia solemnitas actionum erat inducta de jure Civili; interdictum autem erat de jure prætorio: sic dicitur interdictum: ne quid fiat in loco publico, interdictum quod vi aut clam, interdictum uti possidetis &c. Sed agitur hic de interdicto, in quantum est de jure Canonico, in quo sensu sumitur pro Censura Ecclesiastica, per quam fidelibus interdicitur seu prohibetur aliquid ad cultum divinum spectans, videlicet participatio quorundam Sacramentorum, divinorum officiorum & sepulturæ Ecclesiasticæ.

DICO Licet per generale interdictum denegentur omnibus tam unctio, quam Ecclesiastica sepultura, concedimus tamen ex gratia, ut Clerici decedentes, qui tamen servaverint interdictum, in camiterio Ecclesiæ sine campanarum pulsatione cessantibus solemnitatibus omnibus cum silentio tumulentur. Innoc. III. in Cap. quod in te 11. de pœnit. & remiss. Lib. 5. tit. 38.

Continet hæc Conclusio expressionem quorundam interdicti effectuum, ac exemptionem Clericorum servantium interdictum & ostenditur ulterius ex definitione interdicti, quod describitur: Censura Ecclesiastica, quâ homo arcetur à participatione quorundam Sacramentorum, ab omnibus officiis divinis, & ab Ecclesiasticâ sepulturâ, addunt nonnulli hæc verba: quatenus hæc ad divinum cultum spectant, ad clariùs significandam distinctionem interdicti ab excommunicatione & suspensione; at tamen interdictum etiam distinguitur in hoc ab excommunicatione, quod excommunicatio non possit ferri in communitates, nec directè in locum, sicut interdictum; deinde excommunicatio privat communicatione non tantum in divinis, sed etiam in humanis, interdictum vero privat duntaxat usum rerum sacrarum non quidem omnium, sed quarundam, quæ intra exponuntur, à suspensione verò differt, quia interdictum est commune Laicis & Clericis, deinde suspensio privat factorum usum, ut est proprius Ecclesiasticæ potestatis, interdictum vero indifferenter privat rerum sacrarum usum;

Q. 1. Quotuplex sit interdictum?

R. Interdictum dividitur in locale, personale & mixtum. *Interdictum locale* dicitur illud, quod directè fertur in locum, quatenus in eo interdiciuntur fieri & audiri missæ, divina officia & huiusmodi, & tale interdictum indirectè tantum afficit personas, dum scilicet sunt in tali loco vel Ecclesiâ indirectâ, unde illæ personæ poterunt alibi divinis interesse, Sacramenta recipere & sepeliri in loco sacro arg. Cap. si sententia 16. de sent. excom. in 6. ibi: *cum propter delictum Domini vel Rectoris est Civitas interdicta, Cives ejusdem (qui culpabiles non existunt, dummodo & ipsi propter Dominum vel Rectorem puniendum in*

is non fa
interesse
le, quoi
drens v.
particula
clesia.
& directè
na arceto
rum, di
in quoc
general
district
Colleg
Aliud
Person
let utri
terdict
duntax
mixtu
terdict
cludit.

Q.

compr

R.

quam
nomin
etiam il
ita ut ea
intereff
ex Cap.
tra illi
causam
in suis p
terdictu
possunt.

is non fuerint interdicti) possunt extrà ipsam licitè interesse divinis. Hoc interdictum aliud est generale, quo interdicitur locus varia sub se loca complectens v.g. Regnum, Provincia, Civitas; aliud est particulare, quo interdicitur particularis aliqua Ecclesia. *Interdictum personale est*, quod immediate & directè fertur in Personam, per quod videl. Persona arcetur à participatione quorundam Sacramentorum, divinorum officiorum, sepulturæ Ecclesiasticæ in quocunque loco. Hoc interdictum aliud etiam est generale, quo videlicet totus populus alicujus loci, districtus, Civitatis &c. vel aliqua integra universitas Collegium, Capitulum, Conventus interdicitur. Aliud particulare, quo scil. una duntaxat vel plures Personæ speciatim interdicuntur, subdividi etiam solet utrumque interdictum in *totale*, quod omnes interdicti effectus infligit, & *partiale*, quod uno duntaxat rerum sacrarum ulu privat; *interdictum mixtum est*, quo simul locus & personæ talis loci interdicuntur, undè & locale & personale includit.

Q. 2. Quænam Personæ vel loca interdicto lato comprehendantur?

R. 1. Specialiter afficit interdictum tam locale, quam personale loca & Personas specificè & expressè nominatas, & si sit locale vel personale generale, etiam illas Personas, quæ interdicto causam dederunt, ità ut tales nequidem extrà locum interdictum sacris interesse possint, utpote etiam specialiter interdicti ex Cap. si sententia cit. de sent. excomm in 6. Contra illi, qui ligantur locali duntaxat interdicto, cui causam non dederunt, cum ipsi per se non afficiantur in suis personis, sed duntaxat in Ordine ad locum interdictum: extrà illum liberè divina participare possunt.

2. Interdictum locale generale afficit omnia loca, quæ si exciperentur, interdictum redderetur inutile & frustraretur suo effectu ita eruitur ex Cap. si Civitas 17. de sent. excomm. in 6. in quo ita: *Si Civitas, castrum, aut villa subjiciantur Ecclesiastico interdicto, istorum suburbia* (id est loca, quæ sunt extrâ muros & portam, quâ civitas claudi solet, ad civitatem tamen pertinent) *& continentia* (id est quæ ad civitatem quidem non pertinent, ei tamen secundum arbitrium superiorum propinqua judicantur) *adificia eo ipso intelligi volumus interdicta.* Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen casu, ne vilipendi valeat sententia interdicti (quod fieret si posset in ipsorum suburbiis vel continentibus adificiis licite celebrari, ut prius) expedit interpretationem fieri latiore. Ex quâ ratione etiam extensio fit ad suburbia & loca contigua exempta à potestate ejus, qui interdictum tulit v. g. ad Ecclesias regularium exemptorum, pro quo notandus textus Con. Trid. sess. 25. de regular. cap. 12. *Censura & interdicta nedum à sede Apostolicâ emanata sed etiam ab ordinariis promulgata mandante Episcopo à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur atque servantur.* Unde interdictâ Civitate vel Diœcesi subjicitur quoque interdicto Ecclesia cathedralis: cum alioquin tota vis interdicti enervaretur. Sub interdicto locali etiam speciali alicujus Ecclesiæ veniunt Capellæ & cæmeterium contiguum, utpote illius quasi partes ex cit. cap. si Civitas de sent. excomm. in 6. de aliâ vero licet contiguâ non tamen accessoriâ Ecclesiâ aliter est dicendum. Interdictis omnibus terris alicujus Domini non veniunt territoria sibi cum aliis indivisim communia, sicuti sub tali interdicto neque veniunt terræ, in quas ille tantum habet usum fructum, vel solum directum non autem plenum Dominium, minus extendi poterit tale interdictum ad terras de no-

vo post
expres
terdicto
struend
interdic
cta, ut
3. In
ipso, ab
memb
de len
afficit
atque
guli c
parte
tes, q
Na
in ipso
innoc
idem
comr
Di
sonæ
ab int
nisi fia
4. de se
capaces
tio, nor
tradenc
Clerico
mutan
tes cor
scholar
miciliu
duobus
civitatib

vo post interdictum jam latum acquisitas, nisi aliud sit expressè cautum in interdicto. Denique veniunt sub interdicto alicujus territorii etiam templa de novo extruenda, utpote inhaerentia terræ, sicuti Ecclesiâ interdictâ quoque comprehenditur pars de novo adjecta, utpote moraliter eadem cum illâ.

3. Interdictum generale personale, quantum est in ipso, afficit omnes homines, qui quovis modo sunt membra communitatis interdictæ ex cap. si sententia 16. de sent. excom. in 6. *Ratio est:* quia personale interdictum afficit personas ita ut quasi ossibus ipsarum inhæreat, atque adeo interdictâ communitate interdicti sunt singuli de commodis & oneribus communitatis participantes, nobiles quoque & Marchiones imo & absentes, quatenus sunt partes communitatis.

Nec obest: Quod sint innocentes; cum censura in ipsos non specialiter sed generaliter lata sit, non quâ innocentes, sed quâ partes nocentis communitatis; idem est de illis qui durante interdicto fiunt cives illius communitatis.

Dixi: quantum est in ipso, quia aliquæ personæ ab interdicto personali generali eximuntur itâ ab interdicto generali personali excipitur Episcopus, nisi fiat ejus expressa mentio cap. quia periculosum 4. de sent. excom. in 6. similiter infantes doli nondum capaces, & amentes, in quos cadere nulla possit obligatio, non subsunt interdicto, unde prohibitio de eis non tradendis sepulturæ Ecclesiasticæ non tam ipsos quam Clericos afficit. Desinunt quoque subesse interdicto mutantibus domicilium utpote cessantes esse cives seu partes communitatis interdictæ; sicut etiam probabiliter scholares & mercatores habitationem non tamen domicilium ibi habentes. Sicut econtra illi, qui in duobus locis habent domicilium, tenentur interdicto civitatis, cujus sunt cives saltem tempore habitationis

in

in loco interdicto. In cit. cap. 1. si sententia expressè dicitur: *si sententia interdicti proferatur in Clericum non intelligitur (nisi aliud sit expressum in eâ) interdictus populus, nec etiam è converso unde uno interdicto ipsorum alius licetè admittitur ad divina; denique quia in materiâ odiosâ sub nomine Clericorum non veniunt religiosi hinc interdicto Clero non censentur interdicti religiosi, nisi obtinentes beneficia sæcularia, aliud est, si interdictum feratur in omnes personas Ecclesiasticas, quo nomine etiam comprehenduntur religiosi.*

Q. 3 Quinam sint interdicti effectus?

82. Primus effectus interdicti est privatio usus tam activi quam passivi quorundam Sacramentorum, *addo*: quorundam: quia aliqua Sacramenta & aliqui casus ab interdicto excipiuntur. Primò tempore cujuscunque interdicti potest parvulis & adultis propter moræ periculum solemniter administrari Sacramentum Baptismi & confirmationis, & ad hanc solemnitatem etiam fons benedici, si fortè non sit benedictus, & Chrisma confici, cap. non est vobis 11. de sponsal. & cap. quoniam 19. de sent. excomm. in 6. specialiter tamen interdictis, uti & iis, qui generali interdicto causam dederunt, Sacramentum confirmationis dari non debet. Secundò Sacramentum pœnitentiæ non tantum morituris sed etiam sanis, nisi sint excommunicati vel nisi causam dederint interdicto, ac necdum satisfaciant, neque idoneam de satisfaciendo cautionem præstent, ritè tunc administratur cap. alma mater 24. de sent. excomm. in 6. Tertiò Sacramentum Eucharistiæ dari potest & debet cum debitâ solemnitate tempore interdicti localis & generalis personalis iis; qui in probabili mortis periculo ob causam etiam extrinsecam v. g. prælium vel partum difficilem, constituti sunt, modo causam interdicto non dederint.

aut speci
eum exhi
aut fideju
cautio cap
dictum m
seu perfor
stiam arg.
nec faver
bratione
sacrifici
raisi forte
qui suff
ut fidel
quenter
quo sta
interdi
unctio
ve loca
Sacram
tunc sa
est præ
tali rem
speciali
bus con
ordinis
liter inte
interdict
evinci ex
ubi inde
tra locu
Sacram
vram se
menti à
interdict
ralis capa

aut specialiter interdicti sint, tunc enim dari potest tan-
 tum exhibitâ satisfactione vel cautione pignoratitiâ
 aut fidejussoriâ aut juratoriâ, si alia non possit præstari
 cautio cap. alma mater 24. de sent. excom in 6. Extra
 dictum mortis periculum non licet in loco interdicto
 seu personis generaliter interdictis ministrare Euchari-
 stiam arg. cit. cap. quod in te 11. de pœnit. & remiss.
 nec favet cit. cap. alma Mater utpote tantum cele-
 brationem missæ tempore interdicti non autem extra
 sacrificium missæ Eucharistiæ sumptionem concedens,
 nisi fortè in summis festivitatibus, ut probabiliter ali-
 qui sustinent: eo quod de jure antiquo solitum fuerit,
 ut fideles missæ interessentes communicarent, conse-
 quenter factâ licentiâ illis diebus assistendi missæ, de
 quo statim, tacitè permissum fuerit, ut non obstante
 interdicto possent communicare. Quartò extrema
 unctio extra speciale privilegium in nullo interdicto si-
 ve locali sive personali potest administrari, nisi aliud
 Sacramentum infirmus suscipere non valeat; cum enim
 tunc salus infirmi pendere possit ex hoc Sacramento, non
 est præsumendum de Ecclesiâ, quod velit moribundum
 tali remedio esse destitutum. Aliàs conferri potest iis qui
 specialia obtinēt privilegia, qualia religiosis mendicanti-
 bus concessa referuntur Quintò quamvis Sacramentum
 ordinis non liceat in loco interdicto vel personis specia-
 liter interdictis conferre, posse tamen dari in loco non
 interdicto iis, qui generaliter interdicti sunt videtur
 evinci ex cap. si sententia 16. de sent. excomm. in 6.
 ubi indefinite statuitur posse generaliter interdictos ex-
 tra locum interdictum licitè interesse divinis. Sextò
 Sacramentum matrimonii (cum matrimonium per na-
 turam suam sit contractus politicus ad rationem Sacra-
 menti à Christo elevatus) in loco interdicto & à personis
 interdictis validè, & si pœnitentes se gratiæ Sacramen-
 talis capaces faciant, etiam licitè suscipitur, benedi-
 ctio

Etio tamen nuptialis, cum habeat rationem divini officii tantum certis temporibus durante interdicto permitti, verisimilius non debet impendi in loco interdicto vel personis interdictis. Septimo Sacramentum ordinis quoque Clericis specialiter non interdictis conferri posse casu magnæ necessitatis & penuriæ sacerdotum, videretur sequi ex jam dictis, cum sine Sacramento ordinis alia Sacramenta tempore interdicti permitti ministrari non possint.

Secundus effectus interdicti est privatio divinatorum officiorum non privatorum sed publicorum, per quæ intelliguntur functiones & actiones spirituales, quæ primò ac per se annexæ sunt ordini sacro, & quæ ex institutione Christi & Ecclesiæ à solis Clericis exercentur, ut in specie sunt sacrificium missæ, solemnes benedictiones templi, fontis Baptismalis, aquæ benedictæ, cinerum, candelarum, vestium sacrarum, consecratio altaris, orationes & Litanie cum solemni processione, item quævis publica & solemnis oratio præsertim horarum Canoniarum, quæ tamen privatim dici debent ab interdictis aliàs obligatis; his non annumeratur Concio, quæ etiam tempore interdicti in Ecclesiâ haberi potest: eò quod hæc non ad Deum orandum & precandum, sed ad populum instruendum, ut à vitiis abstineat, Deo & Ecclesiæ obediat &c. ordinetur, nec annumeratur adoratio crucis in die veneris Sancto sine publicis orationibus perficienda, nec salutatio Angelica matutina & Vespertina etiam sub publico campanæ signo; hic effectus quoad interdictum generale non tamen particulare satis fuit à jure novo moderatus, ita ut vi cap. permittimus § 7. de sent. excomm. tempore interdicti possit semel in septimanâ missa celebrari causâ conficiendi Sanctissimum Corpus Christi pro infirmis, vi cap. alma Mater 24. de sent. excomm. in 6. possint tempore interdicti generalis in Ec-

clefiss
officia
servatis
ut non
nec tin
stia
missa v
ut ii,
Tertia
ad mi
di &
steno
men
inter
runt
adm
alma
festiv
& al
Com
& ali
men,
perfo
causa
altari
tioner
& Eug
Corpe
Te
sepult
primi
innoc
in te
quale c
non sur
III

clesijs & monasteriis quotidie celebrari missæ & alia
 officia divina, sicuti extra tempus interdicti fieri poterat
 servatis quatuor conditionibus. Quarum prima est:
 ut non pulsentur campanæ pro convocatione populi
nec tintinnabula ad Sanctus & Elevationem Sacræ Ho-
stie Secunda est: ut missæ & alia officia fiant sub-
 missâ voce id est: absque organis, solemnî cantu &c.
 ut ii, qui extra Ecclesiam sunt, nil de iis audiant.
 Tertia est: ut fiant januis clausis, quatenus, etsi fideles
 ad missam aliaque divina convenire, Ecclesiam ingre-
 di & divina officia audire valeant, extra tamen exi-
 stentes videre nequeant, quid ibidem agatur arg. Cle-
 ment, 1. de sent. excomm. Quarta est: ut personaliter
 interdicti, & ii qui interdicto generali causam dede-
 runt, excludantur, & ad audienda divina nullatenus
 admittantur; has quatuor condiciones requirit cit. cap.
 alma Mater. Vi cuius ulterius permittitur in quatuor
 festivitibus natalis Domini, Paschatis, Pentecostes
 & assumptionis B. M. V. à primis Vesperis usque ad
 Completorium festivitatis inclusivè Missæ sacrificium
 & alia divina omni cum solemnitate celebrare, ita ta-
 men, ut nihilominus exclusi maneant excommunicati,
 personaliter vero interdicti, & qui interdicto generali
 causam dederunt, intrare quidem & divina audire,
 altari vero appropinquare non valeant faciendo obla-
 tionem, hæc permissio teste Pirringh à Martino V.
 & Eugenio IV. extensa fuit ad festum & totam octavam
 Corporis Christi.

Tertius effectus interdicti est privatio Ecclesiasticæ
 sepulturæ, & hic effectus sic intelligendus est, ut im-
 primis in loco sacro interdicto nullus quantumvis sit
 innocens, nec infans nec amens possit sepeliri cap. quod
 in te 1. de pœnit. & remiss. nisi habeat privilegium,
 quale datur omnibus Clericis, qui personaliter interdicti
 non sunt, & interdicto locali causam non dederunt,

ac tempore interdicti generalis illud servaverunt, hi enim cum silentio absque campanæ pulsatione, divino officio & aliis consuetis solemnitatibus in loco sacro etiam interdicto sepeliri valent: it. cap. quod in te. De pœnit. & remiss. quod capitulum licet loquatur de interdicto generali, tamen non videtur excludere speciale; deindè tempore interdicti localis generalis (secus est in personali, vel si alicujus terræ populus interdicto notetur, nam tunc etiam singulæ personæ censentur interdictæ, ne alioquin sententia effectu careat) possunt homines illius personaliter non interdicti extra illum locum efferi & in alio loco sacro non interdicto sepeliri arg. cap. si sententia 16. de sent. excomm. in 6. imò si quis sepultus fuerit extra locum sacrum tempore interdicti, cessante interdicto in locum sacrum est transferendus, si id commodè fieri possit, sepultus tamen contra prohibitionem interdicti in loco sacro, non erit exhumandus: cum hoc nullo jure inveniatur statutum.

Quartus effectus, non à jure, sed speciali sententiâ inductus, est privatio ingressus Ecclesiæ, vi cujus excluditur quis ab exercitio ordinis sacri, ab auditione divinorum officiorum in Ecclesiâ, non autem in cæmiterio, vel ad fores Ecclesiæ, & à sepulturâ in Ecclesiâ, & in cæmiterio; potest autem verisimilius talis privatim ingredi Ecclesiam extra tempus officii divini & preces fundere: cum intentio Ecclesiæ esse videatur, ut talis removeatur à participatione divinorum, pro quibus Ecclesia est deputata.

Q. 4. Quis possit ferre interdictum?

R. 1. De summo Pontifice nullum est dubium, quin ob causas legitimas possit ferre interdictum tum locale tum personale, generale & particulare, totale & parziale ob illimitatam ipsius in totam Ecclesiam Jurisdictionem,

2. Licet de rigore Juris contenti in cap. 1. de excess. prælat. lib. 5. tit. 31. in quo ita rescribit Alex. III. Episcopis: *Mandamus, quatenus... nullatenus presumatis... (Presbyteros) sine iudicio capituli suspendere vel eorum Ecclesias interdicto subicere attentetis.* Cui favent textus in cap. novit. 4. cap. quanto 5. de his quæ fi. à præl. sine cons. cap. lib. 3. tit. 10. & cap. cum in cunctis 1. de his quæ fiunt à majore parte cap. Episcopus non posset nisi laicos, non autem Clericos interdiceret absque consensu Capituli, consuetudine tamen receptum est, ut se solo interdiceret etiam Clericos possit ex Gl. in cit. cap. 1. de excess. Prælat. V. Capituli, deinde Capitulum sede vacante mediante Vicario à se deputato potest interdiceret ex Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 16. denique prælati religiosorum possunt quidem ferre interdictum personale in sibi subditos, non autem locale, saltem de consuetudine, nisi in populum habeant jurisdictionem quasi Episcopalem.

Q. 5. Ob quam causam ferri possit interdictum?

R. Quia causa motiva interdicti est emendatio peccantis, hinc interdictum generale imo & locale speciale: cum sit gravissima pœna extensivè major ipsâ excommunicatione majore, utpote etiam innocentes saltem indirectè complectens, non est ferendum, nisi ob culpam lethalem ut colligitur ex cap. quæsit 12. de his quæ fiunt à majore parte Capituli cap. cum medicinalis 1. de sent. excomm. in 6. cui favet Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 3. nec potest tale interdictum ferri ab alio, quam à S. Pontifice, nisi ob gravem capitis seu communitatis culpam, ut eruitur ex cap. non est vobis. De sponsal. quinimo ob æris alieni retentionem iniquam non posse communitatem supponi locali interdicto generali patet ex extrav. providè attendentes 2. de sent. excomm. exceptio in fine additur: *Nisi talis suppositio interdicti hætenus foret facta,*

vel inantea fieret de Apostolica sedis speciali licentiâ & expressâ per ipsius sedis patentes litteras apparente. Quod ob paritatem rationis extenditur ad interdictum personale generale non autem ad speciale, sed hoc ex communi DD. sententiâ autoritate ordinariâ ob debitum pecuniarium imponi potest.

Q. 6. Quæ sit obligatio servandi interdictum & quas pœnas violantes incurrant?

R. 1. Sub gravi obligatione debet servari interdictum, ita ut ejus violatio sit ex genere suo peccatum mortale ex communi DD. sententiâ. Cujus ratio supra allegata est: quia est violatio præcepti Ecclesiastici obligantis graviter; excusat tamen levitas materiæ à culpâ gravi, sicut si quis actum minoris ordinis exereret.

2. Pœnæ Ecclesiasticarum personarum, quæ interdictum violant, sunt sequentes: Primò contrahunt irregularitatem cap. is qui 18. §. fin. & cap. is cui 20. de sent. excomm. in 6. Secundo incurrunt suspensionem ab officio beneficio & jurisdictione cap. tanta est 18. de excess. prælat. lib. 1. tit. 31. Hæc tamen suspensio probabiliter est ferendæ sententiæ: quia in cit. cap. dicitur: *Tam præsumptores eosdem, quam omnes alios, qui præfatum interdictum damnabiliter violaverunt, suspendas (autoritate Apostolica) ab officio & beneficio.* Quæ verba important pœnam ferendæ sententiæ. Nec obstare videtur, quod Episcopi interdictum violantis sententia & alia acta ibidem declarentur irrita: quia specialis ratio erat de illo Episcopo, utpote qui non solum ut interdictus illa facere, sed etiam alios ad violandum interdictum sedis Apostolicæ inducere & compellere præsumperat. Tertiò privantur jure passivæ & activæ electionis, ita ut nec eligere valeant cap. is qui 18. de sent. excomm. in 6 §. *Is verò, qui scienter in loco celebrat supposito interdicto (nisi super*
hoc

hoc privilegiatus existat, aut à jure sit concessum eisdem...) adeò efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debeat admitti. Et in cap ad hæc *x. de postul. lib. 1. tit. 5.* rejicitur postulatio ejus, qui non servavit interdictum. Quartò perdunt ipso facto privilegium ipsis alias de jure cap. quod in te *11. de pœnit. & remiss. & cap. is cui 20. de sent. excomm. in 6. competens*, vi cujus tempore interdicti sepeliri possunt in loco sacro. Quintò religiosi etiam exempti non observantes interdictum generale locale, quod ab Ecclesiâ Cathedrali & Parochiali observari vident, præter memoratas pœnas incurrunt excommunicationem *Clement. 1. de sent. excomm.* Ubi additur idem intelligendum esse de cessatione à divinis, quæ tamen de religiosis sunt intelligenda salvis eorum privilegiis circa interdictum.

3. Quamvis contra laicos interdictum violantes speciales pœnæ in jure non reperiantur statutæ, tamen illud certum est, quod laici quicumque præsertim Domini temporales & officiales ipsorum, qui Clericos quomodolibet compellunt aut cogunt, ut in loco interdicto missas vel alia divina publicè & solemniter celebrent, item qui pulsatis campanis vel voce præconis vel alio modo alios præsertim excommunicatos vel interdictos specialiter ad divina audienda evocant aut convocant, item qui eosdem nominatim excommunicatos vel interdictos, ne ad Clericorum monitionem de Ecclesiis tempore divinorum exeant, impedire præsumunt aut ipsimet excommunicati vel interdicti ad monitionem exire recusant vel divinis se violenter ingerunt, gravissimè peccent & excommunicationem reservatam ipso facto incurrant. Ita disponitur *Clement. 2. de sent. excomm.*

Q. 7. Quænam sunt interdicta à Jure lata?

3. Triplicia reperuntur à Jure lata interdicta: im-

primis localia: deinde personalia generalia: denique personalia specialia.

1. Incurritur interdictum locale generale ipso Jure ex cap. quanquam 4 de cens. in 6. lib. 3. tit. 20. si collegium vel universitas civitatis, castri, seu loci alterius cujuscunque Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis pro rebus, quas non causâ negotiandi deferunt vel deferri faciunt seu transmittunt, pedagagia vel guidagia id est quæcunque vectigalia imponat, ipsa civitas, castrum vel locus interdicti sententiam ipso facto incurrit. In cap. felicis 5. de pœn. in 6. lib. 5. tit. 9. civitas alia, præter urbem, quæ occidentibus, aut hostiliter insequentibus Cardinalem opem tulit, quæ intra mensem à die cogniti facinoris, delinquentes prout qualitas facinoris exigit, cum commodè potest, non puniverit, supponitur interdicto. In cap. usurarum 1. de usur. in 6. interdicuntur terræ eorum, qui ob concessam usurariis habitationem incursum suspensionem, excommunicationem vel interdicti sententiam per mensem sustinuerint, in quibus commorantur iidem alienigenæ usurarii. In Clem. si quis 1. de pœn. illius terra (si ultra unam diœcesin non contineat, alioquin si plures diœceses contineat, illa diœcesis, in quâ habitat, & illa, in quâ commissum est delictum & duæ aliæ, quæ sub ipso sint eidem loco magis vicinæ) supponitur interdicto, qui Episcopum corporali injuriâ capiendo, percutiendo, banniendo per se vel per alios. aut ad illud auxilium vel consilium dando affecerit, similiter interdicitur civitas Episcopum proprium tali injuriâ afficiens. In extrav. super gentes. De consuet. inter com. interdicuntur regna, terræ & loca quælibet subjecta eis, qui Apostolicos legatos aut nuntios præsumpserint impedire, quominus in regna & provincias, ad quas missi sunt, ingredi & legationis munus exequi possint, quamdiu in tali contumaciâ perstiterint.

2. Interdictum locale speciale incurritur ex cap. animarum 1. de sepult. in 6. si inducentes ad vovendum, jurandum vel fide interpositâ promittendum, vapud eorum Ecclesiam sepulturam eligant vel electam non mutent, intrâ decem dies corpora sepulta, si petantur & omnia quæ occasione sepulturæ ad eos pervenerint, integrè non restituant, Ecclesiæ regularium & cœmiteria usque ad plenam satisfactionem interdicta sunt. Aliud refertur interdictum ex cap. quicumque 2. de hæret. in 6. sed potius prohibitio simplex est, ne in loco, in quo Hæreticus aut ejus fautor sepultus est scienter, ulterius fideles sepeliantur.

3. Fertur interdictum personale generale in cap. un. de injur. & dam. dat. in 6. in Universitates concedentes repressalias in personas ecclesiasticas. in Bullâ cœnæ in Universitates collegia & capitula seu conventus, qui appellant à mandatis & ordinationibus summi Pontificis ad futurum generale Concilium & ii in quorum favorem fit appellatio. in con. Trid. Sess. 7. de reform. cap. 10. capitulum sede vacante intrâ annum à die vacationis concedens dimissorias non arctatis ratione beneficii recepti vel recipiendi subicitur interdicto.

4. Interdictum personale speciale fertur in cap. cum medicinalis 1. de sent. excom. in 6. in Judicem qui profert sententiam excommunicationis non servata debita forma, nimirum in scriptis exprimendo causâ, tradendo excommunicato exemplû scripturæ intrâ mensem, si postulat, in cap. si quis deinceps 12. caus. XVI. Q. 7. interdicitur recipiens dignitatem ecclesiasticam de manu laici, donec eandem dimittat in cap. præsentis 9. de off. ord. in 6 lib. 1. tit. 16. interdicitur ab ingressu Ecclesiæ Episcopus usurpans bona Ecclesiarum vacantium, idem in cap. Episcopus

coporum 8. de privil. in. 6. incurrit secularis aut regularis cujuscunque conditionis scienter faciens celebrari divina in locis interdictis ab ordinario. in extrav. un. de censib. interdicitur ab ingressu Ecclesie Episcopus recipiens ab Ecclesia quam visitat munera seu alia sibi non debita, eaque intra duos menses aut illis lapsis in duplo non restituens. in extrav. divina 3. de privil. ordinarius conferens beneficia eorum qui pro suis negotiis Romam proficiscuntur, incurrit interdictum, idem extrav. ambitiosæ un. de reb. eccl. non alien. incurrit Episcopus vel Abbas alienans bona Ecclesie sine debita forma, in Bulla Pii VI Benedictus Deus, interdicitur ab ingressu Ecclesie Prelatus edens glossas, seu commentaria in Concilium Tridentinum. in Bulla Sixti V. quæ incipit: sanctum & salutare relatâ rom. 2. Bull. præter alias pœnas etiam fertur interdictum in simoniacè ordinantes.

Q. 8. Quomodo cesset interdictum?

R. 1. Si interdictum sive à jure sive ab homine sit latum pro determinato tempore vel apposta aliqua conditione, tunc hoc finito vel hac cessante eo ipso est sublata censura interdicti ex Gl. in cap. non est vobis de sponsal. V. donec. Ità tamen ut interdictum locale destructo loco non cesset, sed adhuc maneat in solo & pavimento, & Ecclesia noviter substructa eidem subiaceat centuræ.

2. Absolutione tolli potest & debet interdictum præstitâ satisfactione. Imprimis quidem à solo habente in foro externo jurisdictionem, si interdictum sit locale sive generale, sive speciale, vel personale generale, ità ut religiosi habentes privilegium absolvendi à censurâ interdicti, nihil possint circa quodvis locale vel personale interdictum generale: eo quod neque locus neque communitas, quibus interdicta hujusmodi primariò inhærent, subiecti

posse

possint absolutioni sacramentali, in ordine ad quam concessa sunt illa privilegia. Deindè si interdictum sit personale reservatum, poterit tolli ab eo, qui tulit istam censuram, ejusque superiore vel delegato; tales delegati à jure sunt religiosi privilegiati, quibus à fortiori competit potestas absolvendi ab interdictis non reservatis specialibus personalibus; imò cum interdictum ejusmodi impediatur etiam à receptione Sacramenti pœnitentiæ, etiam parochi ab eo sicut ab excommunicatione minore absolvere possunt.

Q. 9. Quid sit cessatio à divinis & quinam ejus effectus?

R. 1. Cessatio à divinis non est censura arg. cap. quaranti 20. de V. S. sed prohibitio quædam Ecclesiæ Clericis imposta abstinendi à divinis officiis in aliquo loco; requirit hæc pœna monitionem, & ut sententia feratur in scriptis sub expressione causæ, atque redigatur in publicum authenticum instrumentum, cujus exemplar intrà mensem, si petatur, illi cujus interest, tradatur; quarum conditionum unâ deficiente sententiam esse nullam & invalidam, videtur probari ex cap. quamvis 8. de off. ord. in 6. in quo enumeratis iis, quæ in cessatione à divinis à capitulo indicendâ servanda sint, concluditur: *parte à divinis cessante suprascripta pars in cessando, quam in veniendo sive mittendo ad sedem Apostolicam non servante non servetur cessatio: sed ea non obstante (ut prius) in ipsâ Ecclesiâ celebretur.* Causa finalis hujus pœnæ est, quod Ecclesia, dum in signum doloris ex gravi sibi vel honori divino illata injuria concepti injungit in aliquâ provinciâ vel loco particulari abstinendam à divinis officiis, intendat hac ratione delinquentem compellere ad satisfactionem ex Clement. 1. de sent. excomm. distinguitur in eo etiam

ab interdicto, quod interdictum non imponatur, nisi personam aliquam determinatam, quæ interdicti causa fuit, directe & specialiter afficiat, cum econtrà cessatio à divinis non afficiat specialiter ullam certam personam.

2. Effectus cessationis à divinis est imprimis prohibitio divinorum officiorum, ità tamen, ut non quidem sicut in interdicto permittitur in cap. alma mater 24. de sent. excom. in 6. sed vi cap. permittimus de sent. excom. semel in hebdomade liceat celebrare in qualibet Ecclesia pro renovandâ Eucharistiâ ad ægrotos deferenda, & ex consuetudine in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. M. V. possint peragi sacra. Deindè cessatio à divinis inducit privationem Sacramentorum ex cap. non est vobis 11. de sponsal. in quo tamen permittitur collatio Baptismi & Sacramenti pœnitentiæ, licet verò cit. cap. agat de interdicto, generali tamen consuetudine receptum esse testantur AA. quod omnia Sacramenta, quæ tempore interdicti licitè ministrantur, etiam administrari & recipi possint tempore cessationis à divinis. Præter hos binos effectus addi solet privatio Ecclesiasticæ sepulturæ, verum, si cessatio non annectatur interdicto, ut fieri solet, non est solidum fundamentum asserendi, quod tempore cessationis à divinis non liceat in Ecclesia vel cæmiterio sine officiorum divinatorum solemnitate sepelire.

§. 3.

De Irregularitate.

Nomen irregularitatis derivatur à verbo: irregulare, quod significat aliquid intrà regulam non contentum, sumitur hic magis strictè pro impedimen-

to canonico, quo quis excluditur à susceptione vel executione ordinum. De qua.

DICO Irregularitas non incurritur propter peccatum tantum sed principatiter propter ineptitudinem personæ ad Sacramentum Eucharistiæ ministrandum S. Th. in suppl. Q. 39. A. 4. ad 2.

Explicatur Conclusio : irregularitas definitur : impedimentum canonicum quo ob defectum naturalem aut moralem aliquis ab ordinis susceptione & suscepti usu arcetur.

Dicitur 1. *Impedimentum* : quia irregularitas non tantum non est censura, quia non est medicinalis, sed nec universaliter est pœna : cum non semper supponat culpam, sed impedit tantum vel ex jure divino vel ex jure positivo susceptionem aut executionem ordinum.

Dicitur 2. *Canonicum* : quia universaliter tantum in iis casibus contrahitur irregularitas, qui sunt jure expressi, ita clarè desumitur ex cap. is qui 18. de sent. excom. in 5 ubi dicitur : licet in hoc temerario agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in jure) laqueum non incurrit.

Undè infertur solo jure communi seu pontificio veram irregularitatem imponi posse, non autem sententia particulari seu episcopali ; deindè defectum illum ob quem incurritur irregularitas, debere esse specificè nominatum in jure nec à casu ad casum ob parem vel etiam majorem rationem posse fieri extensionem. Aliquæ tamen irregularitates sine jure expresso ex communi DD. consensu & diuturnâ Ecclesiæ consuetudine sunt introductæ, siquidem consuetudo est optima legum interpret, & si est ratio-nabilis & diuturna, habet vim legis.

Porrò Jus canonicum censetur irregularitatem exprimere, si significet ordinis suscipiendi privationem

v. g. ad ordines non promoveatur, non ordinetur, non fiat Clericus & licet aliquando de solo sacerdotio fiat mentio, quia tamen omnes ordines ad sacerdotium & ad ministrandum Eucharistiæ Sacramentum ordinantur, sæpè ex circumstantiis colligitur perfecta & plena irregularitas & totalis ab omnibus ordinibus exclusio.

Dicitur 3. *Ob defectum naturalem aut moralem*; quia duplex est irregularitas, alia orta ex delicto, quæ semper manet, donec in eâ legitimè dispensetur; alia ex defectu, quæ sæpiùs absque dispensatione tollitur sublato defectu, utraque varias particulares irregularitates sub se continet. De quibus statim.

Dicitur 4. *Ab ordinis susceptione & suscepti usu*, quibus verbis declaratur effectus irregularitatis, qui est duplex: unus primarius: ut irregularis impediatur à quocunque ordine suscipiendo, ut nequidem debeat initiari primâ tonsurâ, quæ saltem latè nomine ordinis intelligitur can. si quis 8. can. curandum 9. can. si cujus 11. ut seq. Dist. XXXIV. Alius effectus est secundarius: ut non debeat irregularis in ordine suscepto ministrare, si sit simpliciter irregularis, in nullo, aut si secundum quid, in aliquibus tantum arg. cap. fin. de temp. ordinat. lib. 1. tit. 11. & cap. ad audientiam 13. de homicid. lib. 5. tit. 12. ex quibus effectibus sequitur alius videlicet: ut simpliciter irregularis non debeat obtinere beneficium & obtentis privari arg. cap. dudum 12. de elect. cap. fin. de cle. pug. in duel. lib. 5. tit. 14. cum beneficium detur propter officium, ad quod irregularis habilis non est; nisi autem crimen ipsum, cui irregularitas annexa est, inducat privationem ipso jure, ob solam irregularitatem nemo ipso jure beneficio aliàs legitimè obtento privatus est.

Q. 1. Quænam sint irregularitates, quæ oriuntur ex delicto?

R. Prima ex delicto irregularitas est, quæ sequitur ex Baptismo serio & scienter reiterato, tam ex parte rebaptizantis, quam rebaptizati arg. Cap. ex litterarum 2. de Apostat. Lib. 5. tit. 9. & Can. qui in quâlibet 10. Cauf. 1. Q. 7. Hæc tamen irregularitas non incurritur ob reiterationem confirmationis, nec si rebaptizatio fiat sub conditione; si non es baptizatus; quamvis id temerè & sine debitâ inquisitione fiat: cum leges pœnales intelligi debeant cum effectu.

Secunda est ex violatione Censuræ Ecclesiasticæ de qua supra.

Tertia ex indebita susceptione Ordinum, ut si quis furtivè fuerit ordinatus, nam talis non potest in Ordine suscepto ministrare, nec ad altiorem Ordinem sine dispensatione promoveri ex Cap. 1. & 3. de eo, qui furtivè &c.

Quarta Hæreticorum, Apostatarum à fide, schismaticorum eorumque fautorum ac receptorum arg. Cap. quicumque 2. de Hæreticis in 6. §. Hæretici autem & Can. saluberrimum 21. Cauf. 1. Q. 7.

Quinta ex homicidio & mutilatione non tantum voluntaria sed etiam casuali.

Sexta est infamia juris, cum omnes infames sint etiam irregulares, sed de hac utraque irregularitate statim pluribus.

Q. 2. Quænam sint irregularitates, quæ oriuntur ex defectu?

R. Defectus multiplices sunt, qui inducunt irregularitatem, alii tenent se ex parte animi, alii ex parte corporis, alii ratione alterius conditionis impediunt, ne ad Ordines defectuosus admitti possit.

I. Ex defectu animi sunt irregulares qui vel carent usu rationis, vel habent defectum omnimodæ scientiæ

etiam: hi enim jure etiam naturali divino arcentur à suscipiendis Ordinibus, utpote inepti ad munus singulis Ordinibus correspondens subeundum, huc referuntur Neophyti, id est: ex judaismo & ethnicissimo nuper conversi ad fidem Christianam & baptizati arg. Can. 1. dist. XLVIII. ubi hujus ratio additur illis verbis: *evidens namque est Apostolicum Præceptum dicens: non neophytum ne fortè elatus in judicium incidat & laqueum Diaboli.*

2. Ex defectu corporis sunt irregulares, qui ita sunt corpore vitati, ut vel absolutè non possint peragere Ordinis ministeria, vel non sine aliorum horrore ex Can. illiteratos 1. dist. XXXVI. dist. 36. J.G. Cap. presbyterum 2. & Cap. tua nos 4 de Cler. ægrotante hinc Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis fuit à Prædōne abscissa, missam celebrare non permittitur Cap. presbyterum cit. similiter censetur irregularis propter notabilem deformitatem, cui oculus erutus est, arg. Can. si Evangelica 13 dist. LV. aliud esset de eo, qui caret solo visu dextri oculi, modò habeat utrumque oculum integrum, vel qui habet visum brevem, aut non videt sine perspicillis: quia hujusmodi vitium non inducit notabilem deformitatem. *Dixi*: qui caret solo visu dextri oculi: quia carens visu oculi sinistri, quem stylus Romanus oculum Canonicum appellat, saltem si sine notabili indecentiâ Canonem legere nequeat, ex communi DD. sententia est irregularis; qui autem sex digitos in manu habet, vel digito ex minoribus caret, vel gibbosus est, nisi gibbositas sit conjuncta cum magna deformitate, vel claudus, nisi sit magna gressûs deformitas, ita ut baculo vel pede ligneo uti debeat, non est irregularis, in dubio, an defectus corporis sit enormis, standum est iudicio ordinarii.

3. Ex defectu natalium irregulares sunt illegitimè nati

nati arg. Cap. 1. de filiis presb. nisi per subsequens matrimonium sint legitimi arg. Cap. conquestus 1. & Cap. tanta 6. qui filii sint legit. vel Religionem intraverint, tunc enim ad sacros Ordines sed non ad prælaturam promoveri possunt. cit. Cap. 1. de filiis presbyt. lib. 1. tit. 7. in dubio illegitimitatis non est irregularitas.

4. Ex defectu ætatis irregulares sunt illi, qui nondum habent legitimam ætatem ad receptionem Ordinum requisitam, hæc adveniente legitimâ ætate cessat.

5. Ex defectu libertatis irregulares sunt servi seu mancipia ex toto tit. 18. lib. 1. decret. de servis non Ord. Conjugati, qui non admittuntur ad Ordines, nisi de licentiâ uxoris votum castitatis emittentis Cap. uxoratus 8. de convers. Conjugat. Obligati ad ratiocinia & hujusmodi, de quibus titulus 19. lib. 1. decret. de obligatis ad ratiocinia non ordinandis.

6. Ex defectu Sacramenti seu significationis irregulares sunt Bigami.

7. Ex defectu lenitatis irregulares sunt omnes homicidium vel mutilationem etiam justam mandantes, Et ad eadem cooperantes. Ut aliquæ ex his irregularitatibus meliùs intelligantur,

Q. 3. Qualiter & respectu quorum homicidium voluntarium & mutilatio injusta inducat irregularitatem?

R. 1. Homicidio voluntario (quod fit ex intentione expressa occidendi vel apponendi causam de se illativam mortis) & mutilationi annexam esse irregularitatem constat ex arg. Cap. in Archi-Episcopatu 4. de raptor. Lib. 5. tit. 7. Clement. un. de homicid. Lib. 5. tit. 4. Per mutilationem membri alieni propriè dictam, hic intelligitur abscissio alicujus membri seu partis principalis, quæ peculiarem in corpore ha-

ma-

mano operationem seu functionem habet : cuiusmodi sunt manus, pes, oculus, auris, nasus & similia, non autem digitus, ut proinde abscissio digiti cartilaginis, ex ulsio dentis &c. propriè mutilatio non sit arg. L. idem 10. Lib. 21. tit. 1. ff. de ædilit. edic. Nec quoad effectum inducendi irregularitatem æquiparatur debilitatio membri, ità ut totaliter inutile ad suam peculiarem functionem à naturâ sibi commissam reddatur, si tale membrum non realiter & penitùs separatur à corpore, uti contingit v.g. si oculi alicujus injuste lædantur quidem, non tamen eruantur : quia in pœnalibus stricta est interpretatio facienda.

Dixi : membri alieni : quia si quis se ipsum mutilet aut mutilationem absque justâ causâ procuret irregularitatem incurrit non tantum, si principale sed etiam minus principale membrum v.g. digitum aut articulum illius aut aliam corporis partem mutilet. ex Can. si quis abscidit 4. & Can. qui partem 6. dist. LV.

2. Ex homicidio vel mutilatione voluntariâ irregularitas etiam contrahitur à mandante vel consulente cum effectu ex Cap. sicut dignum 6. §. qui verò 3. & §. ult. de homicid. & Cap. fin. eod. tit. in 6. adeo ut mandans etiam fiat irregularis, si occasione mandati occidatur ipse mandatarius. *Ratio est* : quia sicut qui seipsum injustè & temerariè exponit propinquo mortis periculo, censetur sui homicida ; ità etiam qui mandat & consulit, ut alter se ità exponat, censetur esse causa homicidii. *Nec refert*, quod mors præter ejus intentionem sequatur, quia poterat & debebat cogitare illam accidere posse arg. Cap. fin. de homicidio in 6. in quo dicitur : *is qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens mutilet vel occi-*

dat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.

3. Si homicidium vel mutilatio sit casualis, etiam inducit irregularitatem ex Cap. quæsitum 7. de pœnit. & remis. & Cap. continebatur 8. de homicid. verius tamen est, quod tunc sufficiat culpa levis, sed requiratur culpa Theologica gravis, nisi quis det operam rei illicitæ: tunc enim videtur sufficere etiam culpa levis in præcavendo homicidio, saltem si actio ex se sit periculosa & homicidii causativa, veluti si Clericus exerceat torneamenta aliaque pugnae simulacra, venationem aprorum & urforum, cum enim istæ actiones sint Clericis prohibita ob periculum homicidii, consequenter ex tali homicidio incurritur irregularitas; ex eadem ratione cum Clericis & Religiosis prohibitum sit officium medicinæ vel chirurgiæ exercere cum aduisione & incisione, si ex tali actione sequatur mors, qualemcunque adhibuerint diligentiam pro evitanda morte vel mutilatione, fiunt irregulares ita Gl. in Cap. tua nos 19. de homicid.

4. Subministrans ægroto medicinam vel poculum maximè contra præscriptum medici, ex quibus notabiliter acceleratur mors, contrahit irregularitatem, nisi ignorantia excusetur; obligatus non ex solâ charitate sed ex justitiâ homicidium impedit & non impediens, dum potest, fit irregularis: eò quod tunc sit moralis causa homicidii ex Can. non inferenda 7 & Can. qui potest 8. *Caus. XXXIII. Q. 3.* Non tamen occidens ob necessitatem propriæ vel alienæ defensionis servato moderamine inculpatæ tutelæ, nec qui modicè acceleravit mortem mutando vel revolvendo infirmum, ut commodius quiescat vel cibum sumat, fit irregularis: quia talis acceleratio neque est notabilis neque congruit, infirmum ob evitandam levem mortis accelerationem sustinere talem incommoditatem.

Denique rati habens occisionem factam nullo ad eam præstito consilio vel auxilio non fit irregularis : tum quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à jure expressis Cap. is qui 18. de sent. excomm. in 6. Tum quia homicidium jam factum approbans præcisè nullo modo est causa illius ut consideranti patet, & ob hanc causam etiam excusandus videtur ab irregularitate, qui homicidam post crimen jam perpetratum recipit, occultat, defendit, remuneratur.

Q. 4. Quid sit infamia & qualiter inducat irregularitatem.

R. 1. Infamia est privatio seu diminutio bonæ famæ sive ut loquuntur Juris-Consulti : est læsæ dignitatis status vitæ & moribus reprobatus ex L. cognitionem 5. §. 1. ff. de extraord. cognit. lib. 50. tit. 13. est duplex, alia est infamia juris, alia infamia facti, hæc accidit, quando quis tale crimen perpetrat, propter quod bonæ ejus existimatio apud probos & honestos viros læditur, licet ab ipso jure aut per sententiam expressè non notetur aliquâ infamiâ arg. L. neque famosis 2. Cod. de dignit. Lib. 12. tit. 1. Infamia vero juris est, quæ ipso jure infligitur certa crimina committentibus vel per ipsum jus vel per sententiam Judicis.

2. Generaliter omnes ii censentur infames & consequenter irregulares jure Canonico, quicumque jure Civili habentur infames (nisi infamiam jure Civili introductam Canones specialiter sustulerint, sicut in Cap. ult. de secundis nuptiis Lib. 4. tit. 21. infamia jure Civili L. 1. Cod. de secund. nupt. Lib. 5. tit. 9. Decreta mulieri intra annum luctûs nubenti fuit sublata) Can. omnes 2. Can. infames 17. Caus. VI. Q. 1. Specialiter Infames sunt de jure Civili ipso jure & facto illi, qui sive viri sive fœminæ quæstuarie prostitutione lenocinium exercent L. athletas 4 §. 2. ff. de his qui notantur infamia Lib. 3. tit. 2. Qui operam suam ad

pug.

pugnandum cum bestiis locant L. 1. § 6. ff. de postulando Lib. 3. tit. 1. Qui quæstus causa etiam cum homine ad privatum certamen descendunt aut in scenam prodeunt ut histriones L. quod ait. 2. §. 4. ff. de his qui notantur infamiâ. Qui bina sponsalia vel binas nuptias eodem tempore constitutas habent L. quid ergo 13. ff. eod. tit. Majorennis qui promissum contractum juramento apposito factum cum posset non observat L. si quis major 41. Cod. de transact. Lib. 2. tit. 4. Hæretici. Auth. Gazaros Cod. de Hæreticis lib. 1. tit. 5. Usurarius manifestus & usuras usurarum exigens L. improbum 20. Cod. ex quibus causis infamia irrogetur. Lib. 2. tit. 12.

Præter hos de jure Canonico infames sunt, relati in Can. infames 17. Causa VI. Q. 1. & ex Cap. felicis 5. de pœn. in 6. Persecutores S. R. E. Cardinalium eorumque filii & nepotes consulentes, faventes, receptantes, ea defendentes eosdem. Ex Con. Trid. sess. 24. Cap. 6. de reform. marr. Raptores mulierum & qui eis auxilium, consilium & favorem præstant, sess. 25. de reform. cap. 19. committentes duellum eorumque patrini. Omnia tamen crimina, ob quæ ipso jure contrahitur infamia, debent esse manifesta: cum infamia sit bonæ famæ seu æstimationis apud alios diminutio, quæ utique non sequitur, ubi crimen est occultum.

Per sententiam Judicis infames sunt omnes accusati & condemnati de publico delicto id est: tali, cujus accusatio est cuivis permissa §. 1. instit. de publ. judic. Lib. 4. tit. 18. Veluti sunt: proditio, crimen falsi, adulterium dicitur enim in L. infamem 7. ff. de publ. judic. Lib. 48. tit. 1. *Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo, quod judicii publici causam habuit: itaque ex eo crimine, quod judicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur, nisi id crimen ex ea*

actione fuit, quæ etiam in privato iudicio infamiam condemnato importat, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum. Licet igitur hæc crimina non censeantur publica, sed privata, tamen per sententiam Judicis condemnatoriam irrogant infamiam L. decuriones §. L. injuriarum 10. cod. ex quib. caus. infam. irrog. Lib. 2. tit. 12. idem dicitur de expilatore hæreditatis L. si expilasse 12. cod. eod. tit. & L. non damnatos 18. eod. tit. de eo, qui pretio corruptus accusare omittit, item de eo, qui ob dolum malum vel calumniam aut prævaricationem in publico iudicio commissam est condemnatus L. fustibus 16. Cod. eod. tit. ob quæ crimina infamis efficitur, etsi in sententia nulla fiat mentio de infamiâ, modo sententia abierit in rem judicatam ut deducitur ex L. furti 6. §. 1. ff. de his qui in infamia notantur, in quo ita: *sed si furti vel alius famosis actionibus quis provocavit pendente iudicio, nondum inter famosos habetur, si autem omnia tempora provocationis lapsa sunt, retrò infamis est: quamvis si injusta appellatio ejus visa sit, hodie notari puto, non retrò notatur.*

Q. 5. Qualiter bigamia inducat irregularitatem?

R. 1. Bigamia sive successiva uxorum pluralitas inducit irregularitatem ex defectu Sacramenti, quia matrimonium consummatum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem, juxta illud ad Ephes. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, hæc verò significatio deficit in matrimonio cum secunda uxore vel cum viduâ aut corruptâ contracto & consummato, ut ita bigamus congruè repræsentare non possit personam Christi ac ita ex præcepto Apostolico sit irregularis.*

Triplex est bigamia: *vera*, quando quis validè contraxit matrimonium cum duabus illudque consum-
mavit

navit, hanc inducere irregularitatem præter traditionem Apostolicam patet ex Can. maritum dist. XXXIII. & Can. cognoscamus 14. in quo S. Ambros. *Cognoscamus non solum hoc de Episcopo & presbytero Apostolum statuisse sed etiam Patres in Concilio Nicæni tractatu addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda Conjugia sortitus sit*; similia habet Can. si quis viduam 15. Dist. XXXIV. Idem patet ex tit. 21. Lib. 1. decretal. de bigamis non ordinandis; idque procedit sive quis ante sive post Baptismum duas uxores habuerit aut viduam duxerit, quia talis ex eodem defectu Sacramenti censetur exclusus ab ordinibus *in Baptismo enim crimina dimittuntur, non accepta uxoris consortium relaxatur* inquit Innoc. P. in Can. si quis viduam 13, dist. XXXIV.

Bigamia interpretativa dicitur, quæ incurritur ab eo, qui quâdam juris fictione seu interpretatione censetur habuisse duas uxores, etsi verè illas non habuerit, ut si quis contraxit cum viduâ vel ab alio corruptâ vel cognovit propriam uxorem post adulterium commissum, vel qui duo matrimonia invalida vel unum validum & alterum irritum contraxit & consuminavit arg. cap. nuper à nobis 4 de bigamis non ordinandis *ibi; cum hujuscemodi Clericis, qui quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter junxerunt tanquam cum bigamis non liceat dispensari, licet in veritate bigami non existant, non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto & hæc vera sunt, etiamsi accesserit ignorantia vel violentia: quia non agitur hic de irregularitate proveniente ex delicto seu propriâ culpâ, ad quam requiritur scientia & libertas, sed de eâ, quæ provenit ex defectu Sacramenti, qualem potest pati & in tali casu patitur ignorans & invitus.*

Bigamia similitudinaria est, quæ contrahitur ex

attentatione & consummatione matrimonii, licet invalidi, post votum solemne professionis vel receptionem sacrorum Ordinum: quia talis post votum solemne, quo cum Deo vel Ecclesiæ contraxit spirituales conjunctionem, carnale matrimonium attentare præsumens similis censetur iteratò contrahenti, sicque incurrit bigamiam similitudinariam ex Can. quotquot 24. Can. Monacho 32. Caus. XXVII. Q. 1. J. cap. nuper à nobis 4. & cap. ult. de bigamis non ordinandis, undè censetur talis bigamus non effectivè sed affectivè & similitudinariè; ex triplici hac bigamia inducitur irregularitas, non tamen si quis extrà matrimonium fornicetur etiam cum pluribus; quia licet talis graviter peccet, non tamen est in eo defectus Sacramenti.

2. In omni bigamia potest Papa dispensare: quia irregularitas non est annexa bigamiae ex jure naturali, aut divino, sed ex jure Ecclesiastico ortum tamen habente ab ipsis Apostolis, in hoc verò summus Pontifex dispensare potest, licet non conveniat ut dispense, quod solum textus oppositi significant, ac ità non soleat dispensare sine gravi & urgente causa. Episcopus etiam potest dispensare in bigamia similitudinaria purè tali ex Cap. de Diacono 1. qui Clerici vel voventes Lib. 4. tit. 6. & Cap. sanè 4. de Cler. conjugatis Lib. 3. tit. 3. in quo Alex. III. *Sanè sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, que non nuptie sed contubernia sunt potius nuncupanda: post longam pœnitentiam & vitam laudabilem continentes officio suo restitui poterunt, & ex indulgentia sui Episcopi ejus executionem habere.* Etiam potest Episcopus dispensare in bigamia interpretativa occulta & contracta indè irregularitate, quoties ea provenit ex delicto ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de reformat. Sed in bigamia vera & interpretativa notoria de jure communi secluso speciali privilegio

legio dispensare non potest, ne quidem ad Ordines minores & primam tonsuram vel beneficium simplex Ratio est: quia in Can. cognoscamus 14. dist. XXXIV. dicitur, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus est; atqui per primam tonsuram efficitur aliquis clericus, & ad quodvis etiam simplex beneficium clericatus requiritur. Et Gelasius P. in can. 59. dist. L. *Non confidat (inquit) quisquam Pontificum bigamos aut conjugia sortientes ab aliis derelicta. . . Divinis servituros applicare ministeris.* in cap. nuper 4. de big. non ordin. absolute dicitur, quod cum clericis, qui secundas mulieres sibi matrimonialiter conjunxerunt, dispensare non liceat. Similiter prohibetur ne bigami omni privilegio clericali nudati tonsuram vel habitum clericalem deferant in cap. un. de big. in 6. Lib. 1. tit. 12. Ergo si nondum clerici sint, ab Episcopis ad clericatum promoveri non debent etiam dispensative. Accedit Con. Trid. præcipiens, ut ad exercendos minores Ordines, si clerici cælibes desint, sufficiantur clerici conjugati sed non bigami sess. 23. cap. 17. de reform. Neque ullibi aut contra Præceptum Apostoli aut hos canones dispensandi facultas Episcopo reperitur concessa, sed potius refertur in declarationibus ad illud cap. Sixtus V. ex sententia congregationis respondisse, quod Episcopus, qui contulit primam tonsuram & simplicia beneficia bigamo, qui cum duabus virginibus successive contraxit & consummavit matrimonium, sit suspensus à collatione ordinum, & promotus sit suspensus ab executione ordinum susceptorum, beneficium amiserit & fructus non fecerit suos.

Non obstat can. lector. 18. dist. XXXIV. In quo Martinus P. Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat: aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter & si biga-

mus fuerit: Ergo videretur quod ad minores ordines, inter quos olim erat Subdiaconatus, possit bigamus ex dispensatione Episcopi promoveri.

R. Enim, quod fortè specialem summi Pontificis concessionem contineat cit. Can. aut si explicaverit Jus commune pro illo tempore, istud sit per subsequentes Juris textus citatos & novissimè per Concilium Trident. revocatum, ut hodie talis potestas Episcopo non ampliùs conveniat.

Dixi supra: in bigamiâ similitudinariâ purè tali: nam si bigamia similitudinaria admixtam habeat interpretativam v. g. si Clericus in sacris constitutus de facto præsumat matrimonium contrahere cum viduâ, illudque consummare, nequit amplius cum eo Episcopus dispensare ex cap. ult. de bigam. non ordinand. idem est de eo, qui antea fuerat conjugatus, & postmodum mortuâ uxore sacros ordines recepit, hisque receptis matrimonium adhuc opere subsecuto de facto inire præsumpsit, in quo casu procedit cap. nuper à nobis 4. de bigam. non ordinand. & notat Gl. in cap. 1. qui Clerici vel voventes V. dispensativè

Q. 6. An, quinam & quando ex defectu lenitatis irregularitatem contrahant?

R. 1. Ex occisione vel mutilatione justâ autoritate publicâ factâ contrahunt irregularitatem ex defectu lenitatis omnes ad eam concurrentes: accusatores & delatores, iudices eorumque assessores & consultores, Advocati, testes, Notarii sententiam scribentes dicentes subscribentes, legentes, ministri justitiæ sententiam exequentes: quia licet tales licitè malefactores occidant, attamen quia sanguinem alienum fundunt, vel ad fundendum concurrunt, non possunt repræsentare perfectam Christi lenitatem & mansuetudinem, qui ut agnus mansuetissimus proprium pro nobis fudit sanguinem; hæc quidem certa sunt, attamen ut difficultates

circa

circa per
dum est.

2. O

erat vel se

factorem.

dist. LI. C.

Cap. ex li

Clericis

lib. 3. i.

effectu

pitur ab

gularitate

Canon

ab illâ p

patum

culum

hæretic

assessor

Pauli I

hæresis

demne

extra E

deles:

cap. ga

quia ali

factorer

dunt, e

mutilati

enim, e

datos tra

culari di

Hæret. c

debent p

na mortis

necessaria

circà personas singulas expendamus, de singulis agendum est.

2. Omnis iudex sive Clericus sive laicus, qui dicitur vel fert sententiam mortis aut mutilationis in malefactorem, effectu secuto est irregularis arg Can. 1. dist. LI. Can. sæpè 29. & sequentibus *Caus. XXIII. Q. 8. Cap. ex litteris 10. de excess. prælat. lib. 5. tit. 31. cap. Clericis 5. cap. sententiam 9. ne Clerici vel Monachi &c. lib. 3. tit. 50.* additur: effectu secuto: quia generaliter effectu non secuto nulla incurritur irregularitas, excipitur ab hâc regulâ summus Pontifex, qui nullam irregularitatem incurrit ob summam supra omnes Canones inducentes irregularitatem potestatem, adeò ut ab illâ prius contractâ fiat liber per ejectionem ad Papatum ex cap. licet de vitanda 6. de elect. cap. ubi periculum 3. eod. tit. in 6. excipiuntur etiam inquisitores hæreticæ pravitatis eorumque commissarii consultores, assessores &c. utpote qui favore fidei ex privilegio Pauli IV. & Pii V. immunes sunt ab irregularitate, etsi hæresis reos ad pœnas jure statutas etiam mortis condemnent. Ob incapacitatem similiter excipiuntur qui extrâ Ecclesiam sunt: ut Judæi, Saraceni & alii infideles: quia hi Ecclesiæ legibus & pœnis non subsunt cap. gaudemus 8. de divort. *Dixi:* dicitur vel fert, quia alii iudices Ecclesiastici, casu quo aliquem malefactorem confessum aut convictum judici sæculari tradunt, etsi sciant aut prævideant eum pœnâ mortis aut mutilationis plectendum fore non fiunt irregulares: hoc enim, quod malefactores etiam Clericos prius degradatos tradere possint, & aliquando debeant curiæ sæculari disponitur in cap. ad abolendam 9. §. præsentis de Hæret. cap. novimus 27. de V. S. in hoc casu tamen debent protestari & efficaciter intercedere, ne reo pœna mortis aut mutilationis inferatur, licet enim fortè necessaria non sit, tamen facilè protestatio omitti non

debet, tum propter majorem securitatem ne irregularitas incuratur, tum ad ostendendam mansuetudinem Christi; tum quia ita habet praxis. Ex hac causâ etiam non fiunt irregulares, quia non dicunt aut ferunt sententiam sanguinis Episcopi S. R. J. principes & alii Prælati jurisdictionem temporalem habentes, & ad causam sanguinis etiam pro casu particulari iudicem constituentes, vel etiam leges aut statuta condentes, per quæ pœna mortis aut mutilationis transgressoribus imponitur: quia tales leges directè & per se non ordinantur ad homicidium, sed ad bonam gubernationem reipublicæ, & ut crimina evitentur; modò non mandent, ut hic vel ille in specie occidatur, sunt quoque immunes ab irregularitate, si pœnam mortis aut mutilationis à iudice inferiore jam impositam mitigent & aggratiando v. g. rotæ vel patibuli pœnam in pœnam gladii mutant: quia non est condemnatio ad mortem, sed potius actus misericordiæ, quo condemnatio ad mortem jam facta mitigatur.

3. Sunt irregulares assessores & consultores, qui vel iudici ad ferendam sententiam assistunt, vel suo suffragio voto vel consilio promovent autoritate publicâ ad id constituti, seu iudicè, quod addo: quia sive Clerici sive laici v. g. Theologi, Canonistæ, jurisperiti, confessarii à iudice vel aliis privatim interrogati, si tantum in genere respondeant & explicent, quid iuris sit, & quid de eiusmodi malefactoribus jura statuunt nil suadendo circa reum in particulari, ab irregularitate immunes sunt ex Gl. communiter receptâ in cap. ex litteris 10. de excess. Prælat. V. consuluit; idem est de confessario negante absolutionem iudici non condemnanti ad mortem, ad quod ex officio tenetur, hortante & cogente reum, ad fatendum in iudicio crimen, si legitimè interrogatur: cum ad similia confessarius præsertim interrogatus ex jure divino & officio

cio tene
notâ irreg
possint d
dus, gla
opinor vi
babiliter
delictum
authorita
nec est v
luisse im
suo mu
4.
hac dif
tis, fi
sit iis p
iis prol
cap. 2.
minali
tilation
suppon
vat pro
pœnar
testatio
culatur
Can. su
iudice l
protest
coram j
cedere
quia sol
cam, se
licet pol
prævide
do expre
esse, non

cio teneatur; an autem prædicti interrogati absque notâ irregularitatis circa reum in particulari respondere possint dicendo: spectando jura iste reus suspendendus, gladio perimendus, comburendus est, velego opinor vi legum hunc esse capite plectendum, probabiliter affirmant multi, quia in similibus nec est delictum nec defectus lenitatis, qui concernit solos autoritate publicâ ad causam sanguinis concurrentes, nec est verisimile Ecclesiam mediante irregularitate voluisse impedire, ne confessarii, Theologi, jurisperiti suo munere & scientiâ salubriter uti possint.

4. Sunt irregulares, qui sive laici sive Clerici (cum hâc differentiâ, quod laici accusantes ex defectu lenitatis, fiant irregulares, sed non peccent: cum nullibi sit iis prohibitum; sed Clerici etiam peccent: cum sit iis prohibitum arg. cap. postulasti 21. de Homicidio & cap. 2. eod. tit. in 6.) coram iudice laico aliquem criminaliter accusant de delicto sanguinis mortis vel mutilationis pœnâ actu securâ arg. Can. si quis 8 dist. L. & supponitur cap. postulasti 21. de Homicidio; nec juvat protestatio: cum factum nempe criminalis: seu ad pœnam & vindictam publicam facta accusatio sit protestationi contraria: per se enim iudex criminaliter accusatum & convictum debet punire pœnâ à jure statutâ Can. summopere 70. Caus XI Q. 3. Dixi 1. Coram iudice laico: quia non est irregularis, qui etiam sine protestatione Civiliter sive criminaliter accusat reum coram iudice Ecclesiastico: cum talis non possit procedere ad pœnam sanguinis. Dixi 2. Criminaliter: quia solum civiliter id est: non ad vindictam publicam, sed præcisè ad proprium suum interesse accusans, licet postea iudex ad pœnam sanguinis procedat, & hoc prævideat Civiliter accusans aut denuntians, dummodo expressè protestetur se præcisè agere ad suum interesse, non fit irregularis: quia in tali casu per accidens

tantum

tantum sequitur mors ex huiusmodi accusatione arg. cap. postulasti 21. de Homicid, & cap. Prælati 2. eod. tit. in 6. in quo hæc additur ratio: *Alioquin si Prælati aut Clerici propter metum huiusmodi, quia iudex ad pœnam sanguinis posset procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eosdem & ipsorum bona liberè depraedandi: additur verò in dicto cap. ut Clerici querelam deponant. Protestando expressè, quod ad vindictam seu pœnam, sanguinis non intendunt.* Extenditur illud probabiliter ad eos, qui capiunt & detinent malefactores sibi damnum inferentes, ut eos pro recuperandis amissis bonis & obtinendâ satisfactione Judici tradant sive in propriâ causâ vel suæ Ecclesiæ, sive etiam parentum Fratrum propinquorum. Licet verò melius ac securius & praxi receptum sit, ut protestatio statim fiat, tamen sufficit si fiat ante sententiam prolata: quia sufficienter adhuc & in tempore intimatur intentio accusantis, quod non intendat pœnâ sanguinis; & satis est, si fiat ante prolationem sententiæ hoc modo: Titius est furatus mihi vel ab Ecclesiâ meâ &c., quare in debitâ juris forma insto, ut satisfactionem & restitutionem procuret mihi, protestor tamen me nullâ ratione intendere pœnam sanguinis, mutilationem vel mortem. *Dixi 3. De delicto sanguinis; quia sive criminaliter sive Civiliter accusans de crimine levi, vel tali quod pœnam mortis aut mutilationis non meretur, licet iudex limites excedat: cum inscitia vel malitia iudicis accusanti non debeat nocere; vel si de levi crimine accusatum iudex ob alia delicta damnet ad mortem: quia hoc respectu accusantis per accidens est; vel qui judicialiter manifestat malefactorem de injuria non illata sed inferenda, & de crimine pendente in futurum sive proprium sive alienorum etiam extraneorum damnum redundaturum, si aliâ ratione*

averti
ponatur
naturali
de aver
quod il
velle qu
corpore
irregula
ut vel v
tere no
s.
in ca
can. a
XXII
nachi
cleric
hoc co
dum
D
homic
& foru
henso
qui tar
rille de
nis no
8.
data fu
sanguin
comple
randi e
nium v
infligite
concur
4. de fu
seis qua

averti non possit, non est irregularis: cum non im-
ponatur irregularitas ob opus, ad quod quis lege
naturali & divinâ charitatis teneatur, qualis lex est
de avertendo gravi malo à proximo, undè infertur,
quod ille, qui scit aliquem sibi vel alteri insidiari,
velleque vel occidere vel aliud grave damnum in
corpore aut bonis fortunæ inferre, absque periculo
irregularitatis eum apud Judicem denuntiare possit,
ut vel vigilet vel capiat eum si alia via malum aver-
tere non possit.

§. Irregulares sunt testes & advocati contrâ reum
in causa criminali pœnam sanguinis inducente arg.
can. aliquantos 1. dist. LI. can. his à quibus 30. caus.
XXIII. Q. 8. cap. sententiam. 9. ne clerici vel mo-
nachi &c. probabiliter tamen excusantur laici (non
clerici, qui testificantes graviter peccant & ideo ad
hoc compelli non possunt) qui recusantes ad feren-
dum testimonium coguntur.

Dices: In cap. tua nos 19. §. ad ultimum 1. de
homicid. refertur casus scholaris deferentis cultrum
& sotulares prædonis ad Judicem, ex quibus depre-
hensio crimine prædo sanguinis pœnam passus est,
qui tamen à S. Pontifice irregularitatem non incur-
nisse declaratur. Ergo videtur testis in causa sangui-
nis non fieri irregularis.

¶. Negando conseq. quia in casu posito tantum
data fuerunt indicia omninò remotè ad sententiam
sanguinis concurrentia nec ullam probationem verè
complementia, & quidem purè ex intentione recupe-
randi ea, quæ amiserat per spoliationem, testimo-
nium verò probat ipsum delictum cui pœna sanguinis
infligitur, ac ità proximè ad sententiam sanguinis
concurrit. Quod autem dicitur in cap. qui cum fure
4. de fur. lib. 5. tit. 18. reus tenetur, qui furci con-
scius quarente possessore non indicat; est intelligendum
de re

de re sublatâ domino manifestandâ , ut recuperetur,
non de persona furis.

6. Irregulares sunt notarii, tabelliones, scribe
& alii qui dictant vel scribunt sententiam sanguinis,
& qui ab alio scriptam signant suoque sigillo authen-
ticam faciunt, item qui eam legunt & publicant,
item qui torquent reum ad fatendum crimen, & mul-
tò magis ipsi executores sententiæ veluti carnifices,
lictores, satellites, qui custodiæ causa comitantur
reum ad supplicium sive pedestres sive equestres:
quia hi omnes propinquè & notabiliter ad mortem
vel mutilationem concurrunt, non verò irregulares
sunt privati spectatores (clerici ex sola curiositate spe-
ctantes à peccato saltem veniali non excusantur ob
prohibitionem contentam cap. sententiam 9. ne cle-
rici vel monachi &c. ibi: *nec sanguinis vindictam exer-
ceat, aut ubi exerceatur, interfuit*) quia canones indi-
centes irregularitatē intelligendi sunt de authoritati-
vâ præsentia; nec qui valdè remotè ad pœnam sangui-
nis concurrunt, ut opifices conficientes funes, fur-
cam, scalam, gladium &c. nec ii privati vel Confes-
sarii, qui equum, cui reus insidet, incitant ad ci-
tiùs vadendum, vel qui reum monet, ut in via pro-
cedat, scalam ascendat &c. quia hæc levia sunt &
quasi pro nihilo reputantur, cavendum tamen est
pro majori cautelâ religiosi, ne verbo aut facto ac-
celerent mortem aut mutilationem rei.

Demum irregulares sunt milites in bello justo of-
fensivo proprio facto aliquem occidentes vel muti-
lantes, non autem vulnerantes: quia ob solam vul-
nerationem in jure non est statuta irregularitas. *Dist.*
proprio facto occidentes &c. quia ob solam adhor-
tationem ad pugnandum in justo bello, vel ob pug-
nam in eo sine homicidio aut mutilatione nulla est
statuta irregularitas; alias multi involverentur irre-
gula-

gula
etiam
laicus
aliqu
laver
ritio
rio pe
etiam
funt
fenti
pro
qui
pat
fint
fici
tari
vid
ut p
bell
qui
ad r
imò
non
Q
larie
B
culca
tancu
in irr
bus e
ro he
jurisc
lati a
subdi
sunt su

regularitate & timore illius absterrentur à pugna etiam in justo bello, si tamen quis sive clericus sive laicus rationabiliter dubitet, an non proprio facto aliquem in bello offensivo justo occiderit aut mutilaverit, pro irregulari se habere debet arg. cap. petitio 24 de homicidio. In bello defensivo necessario pugnantibus ad defensionem Ecclesiæ vel patriæ etiam propriâ manu occidentes vel mutilantes non sunt irregulares sive clerici sint sive laici: cum defensio Ecclesiæ vel patriæ sit magis favorabilis quam propriæ vel alienæ vitæ. Dixi necessariò pugnantibus: quia si clerici pugnent pro defensione Ecclesiæ vel patriæ, & occidant vel mutilent, cum tamen adsint sufficientes laici Ecclesiam defensuri, certò efficiuntur irregulares, quod etiam de laicis voluntariè in bello defensivo pugnantibus dicendum esse videtur, non verò de laicis, qui necessariò pugnant utpotè ad id auctoritate publicâ adacti, vel in tali bello nomen militiæ ideo dantes aut pugnantibus, quia vident non adesse sufficientes milites, vel alios ad resistendum hosti & defendendam Ecclesiam; imò plures Doctores laicos etiam liberè pugnantibus, non item clericos ab omni irregularitate excusant.

Q. Ultimò: qualiter tum hæc tum aliæ irregularitates sint dispensabiles?

R. Episcopis jure communi non est concessa facultas in hac irregularitate dispensandi, sed illis tantum ex Concil. Trid. concessum est dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto provenienti- bus & ad forum contentiosum non deductis excepto homicidio voluntario; idem est de aliis Prælatibus jurisdictionem quasi episcopalem habentibus, Prælati autem regulares saltem mendicantes cum suis subditis saltem pro foro conscientiæ dispensare possunt super quavis irregularitate etiam ex bigamia & homi-

homicidio (dummodo hoc notorium non sit) ex privilegiis à summo Pontifice concessis.

§. 4.

De depositione & degradatione.

De duplici hac pœnâ non medicinali sed purè vindicativâ.

DICO : *verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis est à proprio Episcopo sibi assistente in degradatione clericorum in sacris constitutorum ordinibus certo Episcoporum numero definito canonibus facienda : quanquam proprii Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum presentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis verò sive solemnis cœlestis militia militis id est clerici degradatio . . . fiat ut ex authoratio ejus qui militia deservit armata, cui militaria detrahuntur insignia sicque à militia remotus castris ejicitur privatus consortio & privilegio militari Bonif. VIII. in cap. degradatio 1. de pœn. in 6. lib. 5. tit. 9.*

Ex quo circâ duplicem hanc pœnam :

Infertur 1. Quod degradatio sive depositio sit duplex : alia verbalis, alia realis, depositio verbalis quæ etiam simplex, vel degradatio verbalis dicitur, est pœna ecclesiastica, quâ quis perpetuò privatur ordine & munere clericali v. g. sacerdotali vel episcopali, non quidem quoad characterem : quia indelebilis est, sed quoad exercitium & hoc ipso etiam officio & beneficio arg. cap. atsi clerici 4. de judic. lib. 2. tit. 1. cap. ut clericorum 13. de vita & honest. cler. lib. 3. tit. 1. cap. 13. de sim. lib. 5. tit. 3. cap. latores 4. de cler. excomm. ministr. hæc descriptio competit depositioni verbali absolutè acceptæ, non partiali, quæ sæpè in jure imponitur, ut si quis vel à solo beneficio vel à solo officio deponatur, depositus tamen ab officio etiam est privandus beneficiis

cum

cum
depo
ficio
si pra
intel
cali,
nus fe
privat
bilen
tua,
Dix
pus
cum
si o
fuer
quo
solu
restri
cta
2
gi po
dium
tantu
bus c
conf
depo
mia &
bitrio
dium
vel ste
tiosæ
tio no
Conci
evitanc
reform
III, 2

cum beneficium detur propter officium, econtra qui
 deponi juberetur à solo beneficio, propterea ab of-
 ficio depositus vel deponendus non esset, cæterum
 si præcisè & sine addito à jure quis jubetur deponi,
 intelligitur depositio verbalis totalis à munere cleri-
 cali, quæ fieri solet & debet per sententiam orete-
 nus ferendam, & hæc depositio trahit etiam secum
 privationem omnis officii & beneficii reddens inha-
 bilem ad id perpetuò, cum depositio ex se sit perpe-
 tua, in quo differt à simplici privatione beneficii.
Dixi: ex se perpetua, cum quo stat, quod Episco-
 pus post peractam pœnitentiam possit dispensare
 cum deposito eumque restituere in statum pristinum,
 si ob adulterium vel aliud crimen minus depositus
 fuerit cap. at si clerici 4. §. 1. de judic. *Nec obstat*:
 quod depositus sit infamis, cum infamis autem
 solus Papa dispensare possit; quia licet directa tamæ
 restitutio soli Papæ conveniat, non tamen indire-
 cta & per quandam consequentiam.

2. Crimina ob quæ depositio in perpetuum infli-
 gi poterat de jure antiquo erant furtum, homici-
 dium, perjurium, adulterium, stuprum & alia non
 tantum majora sed etiam minora crimina, de qui-
 bus canonistæ in propriis titulis, praxis tamen &
 consuetudo in plerisque locis obtinuit, quod pœna
 depositionis non nisi propter crimina valdè enor-
 mia & publica valdè scandalosa prudenti Judicis ar-
 bitrio dignoscenda infligatur, talia essent homici-
 dium voluntarium & præmeditatum, adulterium
 vel stuprum violentum, furtum sacrilegum rei pre-
 tiosæ, continuata post factas monitiones fornicatio
 notoria arg. si autem 6. de cohabitatio cler. & mul.
 Concil. Trid. Sess. 22. in decreto de observandis &
 evitandis in celebratione Missarum & Sess. 25. de
 reformat. cap. 14.

III. Partis Theol. Schol. suppl.

A a

3. De-

3. Depositiō verbalis à proprio delinquentis clerici Episcopo saltem confirmato, etsi nondum consecrato, cum non sit actus ordinis sed jurisdictionis, vel ejus vicario generali fieri potest & debet, ut colligitur ex Concil. Trid. Sess. 14. de reform. cap. 4. sede vacante etiam à capitulo Cathedrali ejusque vicario, requiritur tamen (sicut etiam ad degradationem) & sufficit jure novissimo præsentia trium Episcoporum vel Abbatum usum mitræ & baculi habentium, vel si comòdè haberi non possunt, aliarum personarum in dignitate Ecclesiasticâ constitutarum, quæ ætate graves & Juris scientia commendabiles existant ex Conc. Trid. Sess. 13. de reform. cap. 4. quibus competit etiam votum non tantum consultivum, sed etiam decisivum ex can. Episcopus 7. causa XV. Q. 7. in quo ità: *Episcopus Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest, si enim hi qui in saculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis jugum non revocantur, nisi publicè apud prætoris ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati, quantò magis hi qui divinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur: qui profectò nec ab uno damnari nec uno judicante poterunt honoris sui privilegii exui: sed presentati synodali judicio, quod canon de illis præceperit, definiri.* & cap. non potest 3. de sent. & re judic. & licet ad depositiōem verbalem & realem clerici in majoribus constituti sufficiat consensus majoris partis requisitorum; probabiliùs tamen ad Sacerdotis depositiōem requiritur unanimis consensus requisitorum arg. cap. non potest 3. cit. de sent. & re judic. excipitur tamen crimen hæresis, in quo convocatis Abbatibus aliisque Prælati ac religiosis & litteratis suæ Diocæsis, de quibus expedire videtur, potest solus Episcopus clericum in sacris constitutum etiam Sacerdotem degradare ex cap. 1. de hæreticis in 6.

4. *Degradatio vel depositio realis* est pœna ecclesiastica, quâ clericus per sententiam solemniter & authenticè privatur ordine & munere clericali, consequenter etiam omni beneficio & officio, nec non privilegio fori & canonis in perpetuum, & traditur curiæ sæculari ab eâdem juxtâ leges puniendus arg. cap. cum non ab homine 10. de judi. cap. degradatio 2. de pœnis in 6. in conclusione adducto.

Dixi 1. Per sententiam: quia degradatio non infligitur ipso Jure, sed à Judice ecclesiastico, & per sententiam canonicam debet imponi, & quidem à solo Episcopo consecrato præsentibus numero præcedenti relatis arg. Concilii Trid. Sess. 13. de reform. cap. 4. ubi additur, *Per se ipsum. Ratio est:* quia degradatio videtur esse ordinis episcopalis.

Dixi 2. Solemniter, solemnitas illa præscribitur in cap. degradatio 2. §. actualis verò. de pœnis in 6. & in pontificali romano, vi cujus postquam à præsentibus requisitis assistentibus per Episcopum degradatio decreta est, clericus degradandus sacris vestibus indutus in manibus habens instrumenta ordinis, à quo degradatur, competentia ad Episcopi præsentiam ducitur, Episcopus autem assistentibus sibi suprâdictis Ecclesiæ Prælati & præsentente Judice sæculari in Ecclesia vel alio loco sacro retrogradè; id est incipiendo ab illo, quod in ultimâ ordinatione acceperat usque ad primum, quod datur in collatione primæ tonsuræ, cum vestibus & ornamentis sacris cum certâ verborum formâ clericum exiit, & tandem caput radit ac præmissis efficacibus & sanctis intercessionibus, ut citrà mortis periculum sententia circa eum moderetur, tradit Judici sæculari, videatur dictum cap. 2. de pœnis in 6. Judex sæcularis non potest indagare valorem processûs, quem in degradando servavit Episcopus, & propter

ter delicta merè ecclesiastica, ut sunt Hæresis, Apostasia, sacrilega celebratio Missæ, vel auditio confessionis sacramentalis contra degradatum novum processum instituere non potest: cum sint materiæ spirituales, attamen si delicta sint mixti fori, ut de illo per laicum commissio alias cognoscere valeat Judex laicus, cujusmodi sunt sodomia, adulteratio moneræ &c. Judex sæcularis non tenetur stare processui per Judicem ecclesiasticum formato, sed si vult potest novum processum contra degradatum instituere, eumque prout invenerit, legibus conformiter judicare & punire: cum tunc nullo modo materiæ aut jurisdictioni spirituali & ecclesiasticæ se immisceat.

Dixi 3. Nec non privilegio fori & canonis; siquidem non per depositionem sed per degradationem illo clericus privatur, privilegio quidem fori, inquantum ejicitur è foro ecclesiastico, & traditur curiæ sæculari, privilegio autem canonis; cum ejus invasor & percussor licet injustus, non incurrat excommunicationem latam in percussores clericorum arg. cap. novimus de V. S. & cap. degradatio 2. de pœnis in 6.

Demum crimina, pro quibus Jure canonico imponitur pœna degradationis clerici & traditionis curiæ sæcularis, sunt 1. Hæresis 2. Crimen falsificationis litterarum apostolicarum cap. ad falsarios 7. de crimine falsi 3. Crimen insidiarum & conspirationis in proprium Episcopum can. si quis Sacerdotum 18. & can. statuimus 31. causa XI. Q. 1. 4. Crimen assassinatorum in clerico arg. cap. pro humano 1. de homicidio in 6. 5. Incorrigibilitas clerici post servatos aliarum pœnarum gradus arg. cap. cum non ab homine 10. de judic. 6. Crimen nefandum contra naturam ex constitutione S. Pii V. quæ incipit: horrendum

dum
vel ac
stic
Falsi
VIII.

IN
p
& d
mi
ne.
pro
del
san

pri
dic
ctic
coa
pœ
Ecc
rit,
non
clar
com
E r
li ren
nera
cogn
diter
beata
sion
cansu

dum illud scelus &c. 7. & 8. Celebratio Missarū vel auditio confessionum à non presbyteris ex constitutione Clementis VIII. quæ incipit : etsi alias 9. Falsificatio monetæ in Italia ex constitutione Urbani VIII. quæ incipit : in suprema.

DISPUTATIO XL.

De Indulgentiis.

Indulgentia hic non latissimè accipitur, prout complectitur etiam permissionè mali, quod quis posset & deberet impedire, neque latius pro quacunque remissione debiti, quo sensu dicitur Isai. 61. *misi me ut ... predicarem captivis indulgentiam*, sed strictius pro condonatione pœnæ post remissam culpam alias debitæ factâ ab eo, qui habet potestatem dispensandi thesaurum Ecclesiæ. De quo

Suppono 1. In Ecclesia Catholica dari thesaurum primariò ex superabundantia meritorum & satisfactionum Christi, secundariò ex superfluis satisfactionibus B. M. V. & reliquorum electorum Dei coacervatum, ut definitur in extrav. unigenitus 2. de pœnit. & remiss. in quâ Clemens VI. de hoc thesauro Ecclesiæ ex meritis Christi relicto eleganter ità differit, *quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per beatum Petrum cœli clavigerum ejusque successores, suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum & propriis & rationabilibus causis nunc pro totali nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debita tam generaliter quam specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) verè pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum, ad cuius quidem thesauri cumulum beata Dei Genetricis omniumque electorum à primo iusto usque ad ultimum merita adminiculum prestare nescuntur.* Hic igitur thesaurus quoad merita & satis-